Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Emblemata, Sentenzen - Cod. St. Blasien 70

[St. Blasien], [17. Jahrh.]

urn:nbn:de:bsz:31-51867

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

LB lesen 70

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

15

36

Emblemi

1 ohne Darstellung

(vgl. 37 Morve)

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

I

G. H. BIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

II

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

IV

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

VI

Ex lib: Thomæ Georgij Höger. 1650.

Nimium ne crede Secundis.

Axiomata Emplematibus illustrata.

Nimia Felicitas.

Materia de Statu Religioso.

Omnia hæc inferiora ortum et occasum sunt sortita, ad modum astrorum. Temporum etiam vices rejiciunt vel præclarissima, quæ sors propitia statuerat, atque adeo marmoribus excitium breve dedit ætas, nec alia stant lege moles, quam ut cadant. Sic morbus eo periculosior, quanto corpus affectum diutius recte valuit, utpote humoribus inde coacervatis, qui suâ intemperie, ut hippocaphori, docet malum instans exciperent. In se magna ruunt

Materia de statu religioso

Materia de statu Religioso.

Latisque hunc numina rebus crescendi posuêre modum

Lucanus. l. j.

Nec alia res civiles peperit furores quam nimia felicitas (Flor: l. 3) Nam consule, nunquid vina ab Autumno dulciora, ac sunt maturius? Nunquid terra quo melior eo fœcundior ad urticas usque negligitur? idem animaduerta, in rebus pub: cui se pax longa cum luxu indulsit, subitis belli motibus versantur, utque adeo verissime Horatius Epod. 16 de urbe florentissima cecinerit

Suis & ipsa Romae viribus ruit.

Idem per Sententiam

Sic arbores magnae diu crescunt, unâ horâ extirpantur. Sic fluvij cum ripis effluunt, plurimum aquarum perdant. Ita mortales ubi mediocri utuntur fortunâ, modice sentiant suo contenti alveo: subito extra limites ubi sorte intumerint, non videntes, quâ diffluant. Suntque nonnulli, ut soles ex repercussione orti, qui ad interitum properi eò vehementius dissipantur, quanto splendidius in nubibus magnae fortunae splendent. Porro quod Epicteti effatum est, felicitate non secus ac ebrietate quadam plus satis plenus imprudens imprudentior efficitur.

Ad Idem amplificandum.

Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.

Ad Idem Amplificandum.

Fortuna aurea servabatur in Imperatorum cubiculis, quasi Regni fatum. Hanc Severus moriens in duos filios ita dividi jussit ut alternis esset apud utrumque. meminit Spartianus in Severo: utque adeo recte mutatoriam dicas felicitatem, quam citius reperias quam retineas, quam ob rem Sejanus fortunam Servij Tullij, quam domi superstitiose habitam libationibus ac sacrificiis colebat, repente, ut Dio. l. 5.o memorat vidit sese avertentem.

——— quoties voluit fortuna jocari.

Tolluntur in altum ut lapsu graviore ruant, quemadmodum testudo ab aquila in altum evecta in subjectam ut frangatur petram demittit, Mexicani nonnunquam captivos ornant Deorum chalerij, ut unum fere mensem omnibus proluunt deliciis; exacto demum saginae tempore à barbaris in sacrificium mactantur, praeclaro huius felicitatis in improbis documento. Nempe fortuna cum nimio blanditur captatum venit, & sicut hedera suo complexu arbores necat. An ignoras solem ubi fervet maximè fulmina coquere? arborem quae nimio foliorum luxu comatur, sterilescere? videbis nunquam licentius delphinas ludere, quam adversis in vicinia tempestatibus.

Ad id. q. vide pag. 1.

Ad id. q. vide pagi: 1.

Stant firmo Fædere tuti.

Confæderatio.

Docte Æsopus inducit membra cibum uentri tanqm otiosæ corporis parti detrectantia subinde tamen subtracto alimento erroem suum agnoscentia. Nempe hoc est, quod sapiens Numen suo in Microcosmo homine uideliet uoluit, ut partes qntmvis nobilis viliorum adminiculo alligarentur, mutuumqs caperetur in firmiorem amicitiæ nexum. Perinde Regio nulla uel respub. sibi undequaqs sufficit. Cois otilitas nodus & vinculum foederis æsto. sed privatum sæpe fundamenti loco substernitur, inde ruit fluxa fides, quæ ut a ea onde abijt nunqm redit. Sunt tamen qui bello inter vicinos principes exorto, speculatores solummodo esse malint, qm socij: atqui eventu expectantes, ut fortunæ suæ applicent consilia, præda ucitoris fiunt. Qua ppr quod non effugias, quin alterum habebis inimicum aut socium. jacienda tunc alea, & alterutri adhærendum. Ita Sueton. nam vt Salust. Ep. Mith. vidimus quos ignauia, aut praua calliditas (ut alienis laboribus

Confæderati mali

Confæderati mali.

Confæderati mali.

turi essent, armis abstinuit, acerbissimas poenas soluisse. At
inquies lupum auribus prehendit, qui auxiliares copias in suis
terris alit, nam usque periculosum est retinere & dimittere.
Ita est, sed nunquid satius uulnerari quam occidere? Ita
quorum alterum se subtrahentibus foederi certum est. Nam
quemadmodum mediae contignationis Incola tumultu, eluvione
& quisquilijs supernè inferne v. fumo affligitur. Idem usu-
uenit inter duos principes belligerantes medio. Recte Livius
34. Inter utrumque neuter non media via est, sed nulla. Verum
si ad foedera componenda princeps inclinet, caueat ne suo
studentes commodo mittat Caduceatores, nec n. res alia stringit
laxatque magis societates, quam cum proprio usu quoque metimur.
Ingens profecto potentiae firmamentum vicinorum principum
amicitia: quae tamen sollerti indiget custodiâ. nam quem-
admodum in Horologio rotulae unius labefactatio omnem
usum cursumque turbat, sic in foederibus periclitatur totum
deficiente parte. Quod ex foedere inter Paulum 3
deinde Pium v pontifices, regem Chatholicum & venetos
contra Turcas ictu liquet. Dum singulorum copiae
conjunctis starent viribus, memorabilem ad Naupactum victoriam
totius Christianae Reipublicae tum plausu tum emolumento
peperêre: postverò quod non par utilitas ac res ager-
etur in diuersa abiêre. In Vniuersum vero ea foedera
meliora uidentur quae tum ad defensionem tum offensio-
nem se extendunt. Inde factum quod Heluetij quamvis
praeclaras ad ampliendos fines occasiones habuerint nil
tamen in hoc gre tentarint mercenaria militia contenti.
In defensione n. quam inter se pacti sunt periculum
unius ppr vicinitatem facile animum alterius pcellit.

Simili seu comparatione à Simili seu comparatione.

Victoriam confoederati peperere

Victoriam confoederati peperêre

à Simili seu comparatione.

Victoriam confoederati peperere.

NB:

In Offensione. a quia fructus inde speratus non ad ves aequaliter pertinet, singulorum animos non ita afficit. Tacitus in vita agricolae ingenue fatetur nil aliud erga validissimas gentes pro Romanis utilius quam quod in commune non consulant. Ex quo politicorum versutia evincit amicitiam passim contrahendam, ad foedera modo conducant, nil pensi habentes an liceat. Discant Magistro Rege Dagaberto Francorum foedera componere. Is Dagae sclava 3 regi gentili, cum per legatos ab eo sollicitaretur ad foedus, Respondit, non esse possibile, ut servi Chri cum canibus foedera jungerent. Ita Boron: ad an. Chri 642. Cuiusmodi sepius quod non licuit nec expedivit quidem. Multis sane quod lepusculo Aesopi usuvenit, is a canibus agitatus sub spinosum se rubum abdidit cuius spinis cum misere haberetur exclamavit. O profidum Germen, ita ne ad te fugientes excipis, ut perius canibus dilaceres. non dispares pluribus voces expressero foederum iniquorum compositiones.

à simili seu comparatione.

profidum auxilium à comparatione.

Victoriam cum foedere peperere.

profidum auxilium à comparatione.

6 Vis omnibus una nulla soli.

Vis omnibus una nulla Soli.

3.

Concordia

Similitudo — Quando Suburra navim aequaliter onerat, navis tuto fluctibus committitur, sin minus subsidit, ac in latus prona aquis hauritur. Similitudo — Similitudo — videbis insuper optimae valetudinis matricem esse humorum symetriam. Haec in Republica concordiam puta. Similitudo — Similitudo — Rana & mus rectissime sibi consulerent, si sub oculis milvi praedae inhiantis pugna abstinerent pace sancita. Nam is est dolus inde à temporibus Phillippi Macedonis in usu discordiam inter duos principes fovere ut tertius potentior de fatigatos opprimat, ac prius agitato turbatoque stagno, ut inquit Aristophanes, anguillas cupiat. Haec porro in re par esse imitari retentas, qui crebris civilibus agitati seditionibus, hoste extraneo se movente in pacem ocyus abiverunt. Hinc verbum syncretismus Plutarcho teste. Comparatio per Sententiam — Comparatio per Sententiam — dum flumen suo alveo aquas contrahit, majori impetu labitur etiam audacissimis à transitu territis: sed in rivos de-

ductum tardius fluit profunditate minus alta, ut securè transeas. idem usu uenit reipublicæ, quæ unita fortior. Audi Tacitum: dum singuli pugnant, uniuersi vincuntur. Certè multitudo omnis sicut natura maris per se immobilis est, ut uenti & auræ cient. Ita aut tranquillum aut procellæ magnates sigitur ubi uentis ex opposito flantibus similes dissident populum facilè in partes ac discordiam movent. Cæterum dissociati animi contentione relligionis & regni raro coalescere inter se possunt. Nec plura medicorum dissidio funera, quam corruptæ discordiâ ducum victoriæ numerantur; præsertim ubi circa sunt qui incendium alant, & procul qui extinguant. Enimvero furentes apud multitudinem parum lota est majestas sine viribus. Rectè dixerat Imperator apud Salustium: concordiâ res parvas crescere, discordiâ maximas dilabi. Documento sit Regni Israelitici ruina. Pabat id annis circiter quinquaginta ante Christum Natum à Davide annis mille varius quidem concussum motibus, at non extinctum usque ad duorum fratrum Hyrcani & Aristobuli discordiam, quam Antipater Herodis pater astutè fovit, donec expulsis sublatisque Asamoneorum nepotibus Herodes tyrannidem inuexerit. Quid florentissimum Macedonum regnum dissoluit nisi discordia belli ducum ex testamento in provincias Alexandri Magni succedentium? atque ut innumera sileam exempla: Quid Germaniam tot inuoluit ruinis quàm pomum discordiæ, de quo poetæ exitium ~~tro~~ trojæ deplorantes plura ingeniose commenti fuêre. Utinam barbarorum quatenus domestica non desint exempla mensem subeant. Scilurus Scytharum rex filiis suis

Discordiæ mala. Discordiæ mala. Discordiæ mala. Discordiæ Exemplum per Interrogationem et Subjectionem. Interrogatio. Subjectione. Præteritio.

Concordiae signum manipulus telorum

Concordiam seu matrem felicitatis in manipulo telorum ubi vis omnibus una, nulla soli commendavit. Seneca Certe ut sapienter ita venuste ad Lucill: Societas nostra inquit lapidum fornicationi simillima est, quae casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinentur. Ottomanidae Turcarum Princeps tribus potissimum machinis imperium orientis suum fecere. ac primâ quidem occasione ad quam intenti erant, cum Graecorum Imperatores in libidines effusi totam Ignaviae vitam consecrarunt, quo ut fieri assolet, populus quoque exemplo rapiebatur. Alterum quo res Turcicae promovebantur erat dissidium Graecorum à Caeteris Christianae Reipublicae principibus. quum n. multi per Europam Principes de recuperanda Rhodus inire cum Palaestinâ: Orientis Imperatores omnes ex suspicione lapidum movêre, ut huic obicem expeditioni ponerent. Quo factum ut gens Turcica exactis Christianis ipsos invaserit Graecos. Tertium denique orientis exitium praebuit discordia quas Graeci inter se nutriebant, tanta pertinacia ut Imperator Ipse Amarathem primum eius nominis in subsidium invocaverit, Qui amoenitate loci illectus Trajecto Helesponto Europam invasit. Quarta perniciies ex schismate pullulavit cum quo omnis cum principibus Romanis amicitia dissolvebatur, perinde suppetiarum nihil adversus imminentem Tyrannidem submissum, ut adeo Constantinopolis ipsa immanibus bestiis ipsa Pentecostes feria secunda, ut sui erroris

Libidinosi

delectari aliquid re.

Concordiae signum manipulus telorum.

Libidinosi.

delectari aliquid re.

Supplicium praesentiscerent, praeda cessit. Quintam
tn furiis occupandi imperij ansam praebuit Italorum
Principum Ambitio, qui et ipsi ad prorogandos fines
Turcica pro summum scelus auxilia implorârant. per nefas.
Nempe Alphonsus 2 & Ludovicus Sfortia Mediol-
ensium dux Baiasethem 2 hic contra venetos,
contra gallos alter. Isabella Hungariae Regina
Soliniano contra Ferdinandum Romanum Regem,
Francisci primi, & Henrici 2 Regum Galliae postulata
Classis Turcica trajecto mari Ligustico, ad Niceam
& in Carsica excensione facta innumeram Christi-
anorum multitudinem nullâ aetatis aut sexûs
habita ratione in Barbaram abstraxit servit-
utem. Superiori saeculo pares ad Tyrannum preces dedit
Elisabetha Angliae Regina adversus Philippum
2 Hispaniorum. Idem egere Holandi duce Judaeo
quodam & Septimam invexit Haeresis, quâ velut
turbine omnis principum dissolata est Concordia
Nimis recentia sunt incendia à Calvino, Luthero
eorumque affectis incendiariis ac seditionum tubis
excitata, ubi plura de haeresi: Isaeus Sophista
Lacedemoniis periclitantibus, ac de urbe moenibus
cingenda deliberantibus Homericum illum Carmen
recitavit

Sutum haesit scuto, galeae galea atque viro vir
Tebani Sancta Lege exteros à suâ repub: mores

prohibuêre, qui animos ut amictus corpore discriminat.

Concordia & Comparationem & Similitudinem.

Rectius vivitur moribus antiquis & avita gloria rituum. Concordia per Comparationem et Similitudinem.

Sive res belli agenda sive pace virtus unita fortior. Semper triumphabit, atque ut auguste aedes pluribus subnixae columnis tutius recumbunt: usque navim inter scopulos errantem plures certius dirigunt pellae & fortius plures stabiliunt anchorae navigia: sic robur ipsum sociale suo gliscit nexu. Quantum careret Thracius regnis Tyrannus si bene societas mentes & obligata supis barbarus formidasset arma. Lucis de omni republica praesagias, quod Crispus de sua ad Caesarem. Ego sic existimo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romae fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos. Ita defessos & exangues regi aut genti praedae futuros. Aliter nec orbis terrarum movere hoc queant Imperium. Caeterum quemadmodum multum usuvenit, & turbidis in aquis feliciter quandoque piscentur, subinde tamen ~~Infa~~ Infausta accidit

Comparatio per exemplum Canum ferocium.

piscatio quam Scorus Dacorum Dux suis Romanos inter se nonnihil dissidenter aggredi molientibus hoc dissuasit exemplo invaserant; ~~subinde lupum emisit~~ jussit duos in medium adduci canes admodum ferores qui mutuis se morsibus exemplo invaserant; subinde lupum emisit, quo viso canes illico concordes lupum petiuêre. Ita fulgos. l. 8. cap. 10. eorum concordiae & magnanimitatis exemplar lubet admirari in civibus agriensibus. Est agria urbs Hungariae & situ & muris invalida, ea Ao 1562 à Machomete Bassa gravissima obsidione cincta & sexaginta millibus Turcarum & machinis 150. Ungari praesidiariis non excesserunt duo millia, iis prima oppugnatione conjurarant, nullis se conditionibus hosti deditione

facturos, cuius mentionem faciens capite luat, ut a omnem
praeditionis viam intercluderent, vetuerint ne plures
tribus colloquerentur. adhaec omnis ons annona comportata
loco inde in omnes aequali distribuenda: cibi delicati-
ores vulnerati servati, decretum insuper ut spolia
in unum collecta aequali lance dividerentur. Hisce ita
compositis, feretrum inter duas lanceas nigro obductum
panno in moenibus collocabant significaturi, si turca
eos vellet urbe pulsos mortuos asserat.

12 Fidelem cũ fœnore spargit in agrũ.

Fidelem cum foenore spargit in agrum.

4.

Liberalitas.

Liberalitatis laus & oeconomia.

Multo dignius est diademate aliis divitias conferre, quam sibi cumulare. & hoc tamen axioma admittit limitem ne largus remunerator non adeo compleat bene meritos, ut sitim plura merendi & expectandi extinguat ne merita antiqua novo alicui soli orienti adoleat omni acie pro ingratitudinem in eum conversa qui primitus occasionem merendi dederat. adhaec fallantur (Tac. l. 1.) quibus luxuria specie liberalitatis imponit, perdere multi sciunt, donare nesciunt. proinde aeranium ambitione exhaustum pro scelera supplendum censent. Caeterum liberalitas animorum conciliatrix est potentissima, & nemo adeo intractabilis est, cui suum denique mapubrum non sit, quo capi & teneri non possit benevolentia. Licet beneficiis ali aliqui utantur ceu floribus

Liberalitatis laus et oeconomium.

in avaros & prodigus ecumae

in avaros et [illegible] pecuniae

Ingratorum Descriptio

tamdiu gratij quamdiu recentibus: eumque multum acceperint injuriae loco ducunt, plura adhuc accipere potuisse. adeoque quidquid infra votum hominis eiusmodi venit, beneficij nomen amittit. Eua propter ut benefacias, cuicumque praestes prende. Sparsa in commune gratia ab omnibus accipitur ~~redditur~~ redditur à nemine. Adhoc unde beneficus sis attendas: Nam Deo non est condi largitio ex alieno. Caeterum cum nihil neque ad robur imperij populari gratia, neque ad popularem gratiam liberalitate sit opportunius, nunquam princeps luculentius suis argumentum rebus conciliabit, quam cum sit liberalissimus: Scio controversum esse num principi conducibilius sit opulentum egenis imperare ~~an~~ subditis an divitibus. Ego sane aliorum bruttinam pondera rationis in utramque partem remitto. Illud tamen omnino tenendum inter principes & privatos longe dispares liberalitatis calculos adhiberi debere, quae enim in his profusio est in illis virtus erit: in his fa difficilius nimio liberalem fieri divitem in alteris difficilius avarum non fieri miserum. Recte Cardinal Aldobrand: olim dixerat nec Deum nec principem dando fieri posse miserum, uterque n. eorum quae largiter remanet Dominus dispari tamen jure. Magnus Exul Boetius Theoderici regis pessimi optimus consiliarius in libello prorsus aureo, quem consolatione Philosophica concinnavit l. 2. pros. v. eam divitiarum naturam esse existimat, ut effundendo magis, quam coacervando splendescat. atque sub ipsis, quas regia fundit manus opulentius crescere multis testatum exemplis possem si pagina admitteret. paucos in triumphali liberalit-

Sententia

ex S. Scriptura.

Ingratorum Descriptio

Sententia

ex S. Script.

Exemplum prodigalitatis

atis curru gloriosus ab omnibus, quam ferij tracto inducam.
Cosmus Medicaeos magnus Etruriae princeps tantae in suos
munificentiae extitit, ut nobili duello Deum quodam
modo provocarit utter alterum in expendendo vinceret. Sub
inde Beneficentissimus Dux, cuius manus omnino ut
sponsae mysticae auro erant tornatiles, ~~ant~~ anno in
egro suis Pontificem impensis sustentavit, subductisque
expensi accepti post annum calculis ingenuè fassus est
se liberaliori manu Numinis attenditem victum,
cum plura semper in acceptis retulerit. Ferdinandus
Chatolicus, atque Conjux eius piissima Elisabetha tantae
liberalitatis fuere, ut suis Regina manibus in dies centum
Coronatos in pauperes expenderit. Recte Eloquentissimus
Praesul Chrysost: pauperes divitum agros vocitat. Omni
vero hic in sulcos sparsi nummi in Regna crevere ampli
ssima, cum inter haec regnum Granatae, Neopolitanum
& Indiae pues magna Hispanis adjecta sit Regibus ut
Commune Hispanis sit adagium, El dar limosa,
nunca mengua la bosa: Nempe Elemosynâ non
vacuari loculos. Hoc saeculo (1623. 3 Junij) Romae
omnium luctu sublatus est è vivis Cardinalis Montalto
tantae liberalitatis princeps ut viveris in egenos expen
derit duodecies centena coronatorum millia. nihil
perfecto mortalibus amplius ac magnificum magis datum est
quam aliis benefaciendo immortalitatem imitari. Quod
Cardinalis noster strenue adumbravit tantum nominis
sanctissimi praeconium indeptus, ut teste P. Jo: in

Christianum & Regium liberalitatis Exemplum

Magnificentia liberalitatis

Exemplum prodigalitatis

Christianum et Regium liberalitatis Exemplum.

Magnificentia liberalitatis

In Exempl. Virtut: l. 4. Judaeis ipsis pt publicum expressent
luctum. Albertus Belgarum princeps contractus quosdam
Usurarios non sine fisci Regij detrimento sustulerat, quod
cum ministrorum uni non probaretur. Ego inquiebat, factum
id volo; Tu justitiam cole, de nationibus ac reditibus post,
erior tibi cura sit. Porro soror Liberalitatis, itidem virtus
regia magnificentia est, principum ac optimatum propria
Quibus opes fortunamque circumdedit Deus. Haec virtus
sui secura & magnis operibus intenta nummos honestissime
docet Effundere. Huic debent urbes atque provinciae pub,
licorum operum moles, quibus vel ad ornatum, vel usus
nereos instruantur. Huic in Charitate plebis annonam
quam sua ~~quam~~ cum suos conservat distribuit incremento:
Magnae omnino mentis est ita magnificentiam temperare
ut nec in libidinem nec prodigalitatem inclinetur.
multi n. cum luxuriosi fuerint, ut cum Nerone aegre
Tyrannos se magnificos habere volunt. Quanto Gener
osius suae Pontifex Max Sixtus V vela magnificentiae
expandit? qui excitatis rarae tum magnitudinis tum
speciei molibus & urbem principem ad haec quinquagies
centena millia aureorum ad Adriani aream ad sub,
ita belli pacisque firmamenta intulit, Atque haec
omnia quinquennio pegit. Jam vero quid de gregorij 13.
liberalitate commemorem cum inexhausta auri in usus
publicos profusio Oratorum Eloquentiam Exhauserit,
omnia in Guinisij nostri prolus. Academ: legere est.
Philippum 2 Hispaniorum rex praeter ingentia

Magnificentiæ trophæa hoc quoque exexit Monasterium
haud ita procul Mantua Carpentanorum arabico
nõe Madridium dr condidit, in quod centies vigesies
centena millia aureorum expensa ferunt. Ferd.
2 pissimus imperator Teste Carolo Carafa Nuncio
Apostolico paucis annis XIII centenorum florenorum
millia Religioni amplificandæ expendit.

Felix Jactura minoris.

Ambitio.

5.

Iactura.

Iacturae comparatio.

Navarhus ubi naufragium timet jactura quidquid sanari potest redimit. Idem usuuenit in procellis bellorum ubi

Incerti fallax fiducia Martis.

Mortui partus nulla mater

Sed quemadmodum mortui partus nulla se matrem libenter agnoscit, Ita ministrorum nemo consilij mali auctorem se fatetur. Illud tamen pinde ex noxa bonum quod quae nocent, plerumque docent, quanquam aduersa nemo imputet sibi, quae tamen saepe numero melioris nuncia sortij. nunquam gratior nautis portus est, quam post euerberatos fluctus ut Poeta Claudius

Mali consilij nemo uult esse auctor.

Iactura Nautarum.

Commendat placidum marij inclementia portum.

ies.

Themistocles apud Xerxem feliciter exulans. Periremus inquit nisi periissemus.

Similitudo Phoenicis & Scorpii

Phoenix ad tumulum felicis jacturae symbolum esto cum hoc scito, ut se resemines ales hic labor extremus. Scorpius idem, qui membro virgo immisit contritus medetur sic ex hoste medella, quod ut Seneca meminit, Tyranno contigit, cui dum sicarius mortem stricto intentat ferro, ulcus lethale secuit. Alius de quo P. Famia: ex vulnere in fronte accepto ingeniosissimus evasit. Jam vero quid de frequenti militum astu dicam, qui, ut superioribus annis Galli fecere impedimenta hosti diripienda objiciunt, ut in praedabundos meliori sortis usura impetum capiant. Nempe ignorat foenerari perdere qui timet. Atlanta, ne cursu praevertatur & palmam perdat poma spargit aurea.

Alius Jacturae symbolum per aurea poma

Similitudo Phoenicis et Scorpii

Alius Jacturae Simbolum per aurea poma.

Hac tutò rexeris arte.

6.

Prudens Consiliū

maxima prudentia regere se ipsum.

Equum dein navim post divitias regere rarae prudentiae est: maxima seipsum: Eius partes sunt, ut caute agas, ne fraude circumventus decipiaris. Deinde ipsum suspectum habeas. omnes n. fere cavent sibi ab aliis, cum interim nullus hostis major nobis, met ipsis sit nobis, quo fit ut cum aliis imponamus nosmet ipsos perdamus. Exemplum esto Ludovicus Hortyia, qui ut Ferdinandum Neopolitanum regno deturbaret, Gallorum auxilij usus ipse periit. Consilium merito censebimus arcem Reipublicae. eius decreta gemmas pretiosas serum silentium quod ab hoc thesauro reliquos principes submovet. in rebus humanis nil majus hoc claustro, nil periculosius tam sacro conclavi reserato. Saepe inquit Liv: l. 22 audivi eum primum esse virum, qui ipse consulat quod in rem E. secundum eum qui bene monenti obedijt. Qui v. nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum esse extremi ingenij. Caeterum consilia omnia & praecipue bellica tamdiu tuta quamdiu tecta putas: proinde sapienti admonitione Deo conso-

maxima prudentia regere se ipsum.

ueteres sub terra sacrificabant. quod si vero in hostium consilia penetrare velis, scias hæc nisi aurea clave non reserari. Porro consiliarijs vetus obuersatur monitum

O Consultores rectos assumite mores.

Publica privatis præponite commoda gratis.

Fridericus Furius l. de instit: principij sepsem principi consilia nerea esse existimat. 1. m. Erario & publicæ pecuniæ præficiatur id quod Consilium quæstorium dixerit. 2. dum. Politicis negotijs distinetur. mihi id Consilium fogatum ~~vid~~ vocetur. 3. militare. 4. annonæ præficiatur. Quod Consilium frumentarium appello. 5. Concilium Iuris prudentium seu legale. 6. Concilium ad mulctas & pœnas destinatum seu criminale. 7. Consilium Censorium de moribus cognoscens. Sit autem Consiliarius Ingenio alacri, Orator bonus. habeat Cognitionem linguarum, Historiarum, rerum pub: Iuris & Regnorum. Sit justus, liberalis, mansuetus, fortis animo, non sit 30 minor nec major 60. Considerent Princeps grandia, ceu magna nauigia à pluribus remis impelluntur, multis Consiliariis tuto agitari, Magnum Imperij corpus, magna animandum est mente, multis tenendum est manibus. Cum Agamemnon Mycenarum Rex diceret decem Nestores ad Expugnationem sufficere. Totam Græciam armata ad nihil agere: non adeo id visus est dicere, quam singulare consiliariorum prudentiam figurare. Hos ego statuæ Memnonis, quæ apud Thebanos spectabatur recte comparauero, quæ ad solis auspicia voces edidit. Ita ad Principis putum illi sententias. Cum Germania Inferior internis decumberet bellis multumque tum pecuniæ tum militum, quo malo mederi posset pararetur. Petrus Card: Aldobrandinus solum inquiebat prudentiam ægroti regni medicinam esse. Vir prudens Argo similis non tam à fronte præsentia, sed futura quoque

à tergo prospiciens. Illud tamen subinde cauendum sedulo, ne Consilij melioris quod nos ipsi in medium non attulimus, Inimici simus. Quamvis rarum sit vita consulere, ut prosis & placeas: vt sit n. in verbis veritas, in Consilio fides, in Commisso silentium, in Oratione suavitas, in Eventu Fortuna, is Consilio precium dabit. At vero Consilia, quod Livij Judicium est, calida & audacia. j.a. qui dum spe laeta sunt, deinde tractatu dura, post eventu tristia. Omnino verum, quod animguereri qui sciat idem ~~sit~~ suat tuto aggredi. Magnus Praesul Aanzian: l. de subm: ai. Tria in Consiliario talenta desiderat, rerum Experientia, amorem, & libertatem. Justus vero Lipsius l. 3. Polit: postquam Erudite Consiliariorum expendit munia, nimiam in ij Ingenij acrimoniam minus approbat, dictumque Caroli V Imperatoris facete de germanarum Conventibus sentientis enarrat, nempe eos à Caesare viperis assimilatos, quia ut ajebat istae matres suas tollunt, sic illorum posteriora Decreta ~~priora~~ priora.

Pondere non Numero

Deliberatio.

Henricus Barbonius Navarræ Rex Regi Galliæ Henricio Valesio Sagax suggessit consilium, cum animo præferoido constituisset Ille Caroli Ducis Cenomanensis numerosum exercitum aggredi: Dnē inquiens: ne quæso duos Henricos pro uno Carolo Committamus. Anceps profecto belli est alea. Ludit & luditz idem sæpe numero. Ut proin Augustus solerter dixerit (Sueton de Aug:) prælium aut bellum nunquam suscipiendum nisi cum major Emolumenti spes est quam damni, ne hamo aureo piscaris pisciculos nullis pratis. In deliberationibus publicis solidiori judicio mxm pondus esto, calculis non numeratis sed appensis. Verum in Repub: Suffragiorum numerus sæpe gravissimas vincit rationes: unde patet, illum gubernandi modum infra monarchici Bonitē ēē. Omne vero Deliberationem principis silentio Ceu nebulâ Qua Æneam & Achatē intrâsse Chartaginē Poetæ ludunt. Septam ēē oportet.

Se odit, alienis qui invidet.

Æmulatio.

Aemulatio in Imperio et Zelotypia in amore formidinem & odium perpetuos Comites habent. Hinc varia contra periculum remedia quaeruntur, adhibitis plerumque vehementioribus, nil interim aut Corpori aut Imperij magis nocuum.

Qui velit ingenio cedere rarus erit. Ovid.

Ita rarissimus qui regno usque adeo pluribus Alexandri probetur sententia, qua soles geminos Coelo & reges plures hodem exclusit regno. Taedae jugales, inquiunt, Belli Adorea, Caesarum fasces, manus adire diuiduas negant, aut solus aut nullus: belle aemulationis Geneologiam scrutatus est is, qui hanc in Xenodochijs nasci in aulae consenescere dixerat. P. Famianus Strada Tomo. 1. hist. Belg. l. 2. Alteram tumultuum Belgicorum causam ab aemulatione aulica natam. Etenim apud Carolum Caesarem initio Principatus Belgarum proceres dominabantur, Belgae in aula, Belgae in armis primas obtinebant. Deinde cum viri primarij complures ex Italia

Hispaniaque ac Germania quotidie conflarent, ad florentem
Caesaris fortunam, necesse fuit gratiam & munia in plures diuid-
ere. Perinde nimia Alienorum apud Regem gratia
ussendi Belgae post in mores Hispanorum transire odia
ac sensim ab ipso Rege alienari. primum aemulationis
assultum excepit Cardinalis Granuellanus gente Burg-
undus, qui tamen nullo aemulorum artificio & conspiratione
trepidabat: proposita sibi Regis sui gratia, prae uno hoc
Jove minatos reliquos Deos condemnebat. Nempe inuidiam
ferre aut fortis aut felix potest. D. Greg: qui à mirac-
ulorum frequentia Thaumaturgi nomen obtinuit, In-
uidiam vocat Satanae Vespam, quâ Mortales uelut pern-
aces aguntur Equi ad Insaniam usque, quemadmodum male
amantes uno mancipandi Carceri. O musae & uulturos
tabi solummodo insidentes! O noctuae diei impatientes
alienae, aliena lucra sua aestimantes dispendia! Haec enim
uero bellua est quae in genero & socero Romanam sub-
uertit potentiam. Haec furiarum quarta reperta est, quae
Romanam Aquilam discerperet parte in orientem unâ
in occidentem alterâ rapta. Constantinus nomine Magnus
Ille & libertatis & Fidei Romanae vindex ac Pater
Patriae, tribus quos susceperat filiis, Constantino Con-
stantio Constanti imperium testamento in partes distribuit.
Primo ac primigenio Orientem Constantio Gallias Britannias
ac Hispanias. Constanti Italiam Africam & Illyricum.
Filiâ uero Helena, qui habuit unicam, postea Juliano

Caesari collocata est. de his porro tribus constantini filiis recte illum usurpes: Herodis filij noxae nullus a paternam vitam sed dedecus aemulati fuere. Quippe Constantinus portione sua ex paterno testamento non contentus a Constante Italiae & Africam poposcit, quod diceret aequum videri ut qui aliis aetate, dignitate quoque anteiret ac potentia repulsus a fratre, bellum fratri intulit, a quo ad Aquileam victus & ovisus in flumen praecipitatus est. Constans vero Occiso Constantino se libidini ac voluptatibus dedit, quem Herulorum comes maxentius interemit. Supererat Constantius qui Arianismum tutatus est Episcoporum complurium memoriae, D. Athanasij injuria ac persecutione. Is in Gallia moriens tirum se poenitere asseruit, jo quod Gallum patruelem occidisset: Deinde quod Julianum Caesarem designasset, postremo quod novi fidei dogmatibus studuisset, quam S. Greg: Naz: inutilem vocat poenitentiam. Coeterum ut nihil in humanis prope est, quod virtutis magisterio ceu virgula quadam aurea in bonum formari non possit. Ita aemulatio cum generosos subit animos virtutis cos est. quod in militia saepe usuvenit, ubi quaevis natio suam probatura virtutem robur omne in hostem effundit. Cavendum tamen sollerti tribuno, ne in praeceps ruat immaturus furor & aemula virtus quemadmodum in pugna ad Arcillam Africae evenit, in qua diversae nationes, dum sibi palmam praeripere festinarent inter se confusae a mauris ad internecionem una cum rege Sebastiano Portugalliae deleti fuere ut numerosissimo de exercitu plures millenij non servati fuerint.

26 Ut potiare favis, ne patiare cave.

Ambitio.

Panthera cum facie truculenta suaue odore infert: hic belluas allicit, illa abigit. Itaq; faciem donec praeda potiatur abscondit (plin: Nat. hist. l. 8. c. 12.) sic odor Imperij est suauissimus, sed mortales torum vultum ignorant, quo gradus ad illud conseguatur. Ibi saepe Principes dum sceptra captant, rerum & vitae naufragium faciunt. Nam ubi semel vela dederunt ventij tam perditij, non desinunt ad imam insaniam contendere. Id in Sejano, Vindice, Hippatio, Theophobo, in mario quoq;, Pompejo, Pompeio, Caesare, Sylla, Cinna, alijs plurimis liquet & Poeta Claud: 2 Russ: canit

Quid Crassos, quid Pompejos euertit —
Summus nempe locus nullâ non arte petitus.

Aconitum Venenigenus, à Panthera tam vehementer appetitur, licet à pastoribus tam alte suspendatur, quo fera pestingere nequeat, non prius à subsultu prae

ardore potiundi desinat, quam nimio motu disrupta eadem ori
animam exhalet. Idem Utuuenit mortalibus, altiora mentis
suis qui captant. Diuitiis & formae nunquam desunt amatores,
nec magno Imperio ubi vacat, ambitus principum, qui
singuli satis inueniunt juris ambitioni: suadent iniere prio-
ratae domus, de alienis certare regiam laudem putant. Ubi
Ambitio Ducis loco & utilitas significari est, Caterva
uitiorum euadit potentissima, quae vi repagula profringens:
Quidquid Justitia, Honestas, Fides, jusjurandum aut
pietas opponat. Illius radices tam copiose luxuriantur
Ut omnem Virtutis plantam in Corde sufferent. Suuo etiam
tanta uenenis vi, ut facultates in homine nobilissimas corrip-
iat. Dulce lucrum ex mendaciis Credit, & quam vi non rectum,
quod juuat rectum putat. Denique magistratibus non
aliter quam medicis aduersus aegros mentiri licere,
Sed uana haec sunt & suum regulae magistrum fallentes,
non enim semper intenditur potentia dum extenditur.
Pyrausta ignis fulgore uehenter laetatur, & ad lucernas
aduolans alludit ad flammam, donec viuus comburatur,
Hoc ambitiosi fatum est, qui vano honoris radio insidi-
atur. Sapiant illi cum satyro temere exosculante ignem
quem gemmam esse credidit erat. Non tangit te, qui nouit se.
O Quot nouos hodie Icaros inuenies, cereis ad solem alis
tendentes, qui plurima suis nominibus casibusque
loca notauere, quemadmodum Hispanus ille sublimi
Castrinus turri duas sibi ad humeros aptauit ualuas
quibus ad mille passus feliciter remigans demum delapsus

est cum crurifragio. Ita pluribus honoris Cauponibus evenit,
& novis aulae Dedalis tolluntur in altum ut lapsu graviore
ruant. Vide Coronam serpentis tergo impositam cum hac Epi-
grapha: qui novit te non tangit te. At inquiunt hon-
oris Candidati: spina non ingrata est, ex qua spectatur rosa,
nempe ut rosa teneriorisanni purpura, ac laetum humanae felicit-
atis fulgur subito languescit spinis etiam pro frigora durantibus
sic petitus honos nulla non arte petitus, dum tenetur elab-
itur, sui, ut spinâ relicto desiderio. Ridendus omnino
quorundam labor, qui suum ad solis radios pallium conantur
suspendere, minus tamen putantur insanire eo quod
ad genium vulgi furunt. Namque altum sapit plebi
qui hac in arte desipit: Hinc Virtute Diuedente
thesseras dolosus adstat ambitus, atque ubi vel tenuis
ad fastigium dehiscit rima furtivas immittit manus.
At enim haec in sovo ludit ambitus, graviora in Cothurno
qualem primus induit Cain Politicorum antesignanus, San-
guinarius ambitionis satelles, postquam inter plurimos
Herodes Ascolonita insignior, qui amicorum de in regio
Conjugis Mariamnes postremum filiorum sanguine crudele
ambitus Idolum placabat, atque praeterea innumera nostri
aevi praeclarum Competitorem dundaxat Fridericum
Palatinum inducam Theatro, hunc regii sanguinis Ang-
licani marita jussit audere aliquid breviibus Sparis
& carcere dignum, nempe Coronam Bohemiae iniquo
vertici imponere, quae tamen cum nivibus lique facta potius
evanuit. O ardor Impotentis animi, quo non mortales

Impellis? quot per aerumnas breves, ad sura Imperij petitur! Alterius labor gradus est laboris, malumque semper se ipso gravius: quam breviores viae aut cupere nihil, aut nosse cupiendi modum. Certe cum viae, quae excesserunt modum, noceant, periculosissima ambitionis intemperantia est. Lubrici sunt ad summa ascensus, nutans vertex, praecipitium horrendum aegre conscenditur, anxie ibi persistitur, gravius descenditur. Recte Tacitus Imperium inquit cupientibus nihil medium inter praecipitia & summa. Nihil sacrosanctum inter privata & publica, nihil tutum domi foris quoque cum tumeas timeas, quemadmodum Balthasar magni Illius Nabuchodonosorij filius, qui patrem vitâ functum in trecenta secari frusta totidem falconibus depascendum obijcijjusserat. ne scilicet parens de mortuis resurgeret regnoque filium privaret, qui de bestiis redierat ad hominem (Ita Fascil. Temp:) desideranti cuncta potentiae commune nihil est. Esse suum putat quodcunque pulchrum est. At vero vero sequitur dum

Captatum veniunt, veniunt captentur ut ipsi.

Nunquid Palatinus F. Regis Angliae filiam ducens, dum se quoque ut regem ut regem proindeque parem Conjugi niteretur efficere ab eo quo stetatur, tholo ruit? haud Dispari Exemplo quo Uluida Haddingi Daniae regis filia Patrem ad Epulas ut vino sepultum obtruncaret. At rex somnio monitus armatum in Insidiis militem collocabat, qui ubi scelus in regem patrari institutum est, erupere filia, Generoque trucidatis. Ita Albr: Crantz. l. Daniae. c. 9.

Totus non suffi- cit unus.

10

Avaritia.

In Comagenes Ciuitate Samosatis stagnum est emittens limum flagrantem (Maltham vocant, quam terrarum restingui dovare experimenta Cplin. l. 2. c. 104 flagrat etiam Mons Chimera immortali flamma ignem ejus auendi aqua extingui
u. terra (idem) sic nec sordidam auaritiam nec ardentem ambitionem expleas nisi terra sepulchrali. Nam cum maxime sibi persuadet priorem felicum euentum hydropicus affectus extra rationem ad majorem Cupiditatem Compellit. Audi magnum Imperatorem Augustum, remota justitia quid sunt regna nisi latrocinia. Eum Principis auaritia nisi tales lienis quo crescente membra contabescant. Insignes enim uero stipendiarij, quo lucrum vexilla explicuit, illud sen-dentes, qui ut soli habeant omnes exuunt: sic serpens sepientem uorat ut in tracone euadat, quale animal si auarorum ullus, Caligula Imperator fuerat, qui tranquillo

cap. 43 eâ tandem pecuniae grectandae incensus est cupidine, ut
saepius supimmensos aureorum Acervos patenti diffusos loco
volutaretur. Dignius auriculis Mysae Caput, quam diademate. At
vero semper inops quicunque capit ut in Ruffinum Claudia o
quot hiante captantes poma aurea Tantalos fert caula &
Aula. Qui velut Canes, quidquid fortunae manu objectum esse excipi-
unt, protenus integrum devorant, & semper ad spem futuri hiant:
Atque ut sapienter Plutarchus: semper foram prospiciunt stupentque
honores & sortes alienas, & uxores aliorum adulteri. Num-
quid pisci simillimos dixeris, cuius in ore semper stat erem inven-
eris, quos hamo aureo ut voles, capies. Vulgo fertque lupi vesp-
ertinas preces esse agnum Agnum: avari vero Nummum Nummum. Verum
cum omni in homine vitium hoc sit abominandum, maxime detestandum
fuerit in principe, qui suos ut spongias premit, siccas abijcit,
Ignorans deficientibus membris labare caput, Quod Aegypti
Caliphae evenit, quem Tartarum Rex (ut Jo. Heroldus in Contin-
belli sacri. l. 4. c. 4 refert) Haalon captivum turri, auro gemmisque
refertae inclusit, ubi mediis pecuniarum acervis incumbens
fame contabuit, prius praeter aurum desiderans nihil. Crasso
jam demortuo aurum liquatum à Parthis, cuius vivus in-
hiabat opibus infusum est: Et Cypro à Thomyri Schytarum
Regina cum ejusmodi Sarcasme aurum sitivisti, aurum
bibe. Eodem supplicio ut Sabellicus l. 7 meminit, avorum memoria
Sigismundus Imperator Phillippum Florentium afficit, quod in
Pannoniam re infecta auro corruptus reverterit. Sed

Caueant Principes, ne quod in suis odere in se admittant.
Praeclarâ certe libertate pyrata olim Alexandro (ut D. Aug.
l. 4. de ciuitate DEI. cap. 4) respondit parua se scaphas
praedari, Alexandrum magno exercitu: se vocari praedonem
Illum uero Regem. Idem Alexander audito Philosopho Dis-
putante, de mundi Infinitate, jussit fieri Cuniculos sub
terra ad quaerendos alios, quos subjugaret mundos. Ne pe-
crescit indulgens sibi durus Hydrops (Hort. l. 4) terramque
donec clam nunquam reuersurus subeat, scrutatur: qui uelut
Harpya & gryphes aliena rapit rapiendus Ipse. In-
telligant eiusmodi sanguisugae, quod Sanctus Franciscus
de paula (in eius vita) Neopolitanorum Regi nimio sub-
ditos emungent. Exprobrauit non expiari nefas per
templa & coenobia coactis pecuniis extructa. uectigalia
potius collectasque remittendas. Quod cum grauius Regi
diceretur, petiit Sanctus vir sibi unum aureum dari,
quo per medium tracto aliquot sanguinis guttas expressit
cum dicto: En hic subditorum sanguis est. Vin Ideam
Auaritiae Intueri? Eam S. Chrysost. hom. 29 Effigie
hominis monstrosissimi depingit cuius caput ex cane lupinum
oculi enormiter diducti ac scintillantes. Os antri
Instar pandum, ubi dentium seriem mucrones ac noua-
culae implent, sub lingua virulenta spumae ebuliunt
Tartareae: hinc et inde ex humeris brachiorum uice serpentes
diducti fauibus porriguntur. En monstrum horrendum Ingens
in Draconem à tot saeculi nostri Babyloniis cultum

En portentum substatua relatum aurea, quam passim humana venerabitur cupiditas. Diogenes rogatus cur aurum palleat: subiecit perinde quod multos habeat insidiatores. Qui dum poma hoc captant aurea frequenter Atalante nempe fama cum regno elabitur. Hoc quae tantis impendis quaeritur. Helena facem belli & incendij prima extollit, ut spartanorum Duces Cane perus & angue oderunt, quam ut plutarch in Lacon refert ex oraculo eiuscemodi intellexerant: Pecuniarum amor perdet spartam: perdidit sane quam plurimas. Nam quemadmodum testando ubi sucum collecta est in tegmen tuta ad omnes estictus, ubi exserit partes aliquas, quodcunque nudavit, obnoxium atque infirmum habet. Ita usuvenit ad non sua manus porrigentibus. meminerunt Ostimates, quod qui nimium emungat, sanguinem eliciat. Odi Hortulanum Inquiebat Alexander, à radice exscindentem Olera. porsus Indignum Principe lucrum ex omni ovatione adorari, & quod vetus in vulgus erat verbum à mortuo auferre Morboniam. Facessissat cum vectigali urinario Flavius sordida harpya. Pudeat nova collectarum nomina Comminisci, qualia olim ab avaritiae mancipiis excogitata nempe Calumnaria, hostiaria, centesima, quadragesima. O spongiae, & ipsae post affatim bibitum humorem Compunendae. O homines cum senis ut plaut: in aulul: canit, manibus genere Gergonaceo. O novi Actaeones suis praeda canibus futuri aut lupis, & vero quod malum grandius ostes avaro

nisi ut uiuat diu ut semp egeat. namut Poeta Claud.

Semp in ops quicunqs cupit

Nullis adeo muneribus fortunae explentur quorum cupidus
ideo ratio non terminat. Recte uates: aut necesse est
te uitam habeas aut pecuniam. Auari mortem cum amici
expectent uitam odere ~~uiui~~ cives.

Furit ignis ab Igne.

Vindicta

Vulnera annosa eo minus sanantur, quod corpora, quibus tam diu inhaserant vitiosis humoribus sciat eant admixto etiam veneno, sic animus irrequietus diversis injuriis lacer, & vindicte sine modo avidus, tandem ita discedit à Ratione, ut amice compositioni, Malagmate abjecto desperationis systoma incurrat. Hinc venenum malitiae omnes venas statu effundit, prodit ad machinatus. O quod cum salute Reipublicae nunquam fieri potest, ut patet in Coriolano, Narsete, Alcibiade, Roberto Comite Artesiae duce Borbonio, & hi sunt qui privata vulnera Reipublicae mali soperire statuunt. Ubi vero de nocentibus & seditiosis civibus supplicium sumitur id agendum ut dum plectuntur, sessionis capita, blande corpus reliquum habeatur & consopiatur aliquorum enim Ingenium molibus remediis melius sanatur, contra vim pervicax obnititur, sequitur facilius quam ducitur. Aliorum vero insinceras animas sicut impura corpora, quo magis nutrias eo magis

Porro Justitiæ vindicativæ sit cura, ne, quod Sellius olim
querebatur, privati olim fuses in compendibus publici in auro
& purpura degant. Ad hæc quod seneca deplorat. Epi. cxcv
Sacrifegia minuta puniantur, magna in triumphis ferantur
Leo ad remedium morbi vorat simiam, sic frequenter in
tenuiorum jugulis potentiorum ubi acuitur ira ludit mucro.
Eiusmodi sanguinarius Leo L. Syllam dixeris, qui priu-
ato odio ac Judicio quadraginta millia Romanorum
Civium peremit simili finiens Catastrophe. Nihil
perfecto interest inter iratum & insanum nisi dies unus;
alter semel irascitur, alter semper insanit. Quod cum in
Privato admodum ~~[illegible]~~ detestabile sit in principe
simul perniciosissimum est Equidem fulmen est, ubi cum
potestate habitat iracundia. Præcipua domus utilitas
est & pernicies ignis & lingua est. Sic in Republica
deliberatio & præceps temeritas; quæ sæpe numero
de lana caprina litem movet & multorum sanguine
vindicat. Sic otto Sax. quidam ob raptum mundum muliebrem
Conjugis cum magno duce Lunebugico inter pecinum
bellum gessit. Anna Britannica Maxim. primum & Carolum
9 Galliarum legem commisit. Clotildis Clodovæi Filia
imbutum cruore suo sudarium velut vexillum sustulit Chil-
berto Clotario, & Theodorico fratribus contra Almaria
Conjugem suscitatis, ad usque excidium visi Gothorum C.

Temeritas

Ad extrema tentandâ solâ necessitate cogimur, hinc Imperator summam rei nunquam unius diculæ Fortuna moderatur. De Vitâ n. et regno velut ad Casum aleæ periclitari stultitiæ est: perinde Paulus Æmilius, perraro dixit bonum imperatorem signis collatis decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei occasio data esset. Capienda namque non nisi in rebus arduis præceps via, semper Fortunam inter dubia, solam inter certa virtutem numerare decet. Porro non raro videmus præsertim in Bello Dnos visæ fieri alienæ, qui contemptores fuerint suæ. Atque ut fulmen ipsis quibus gestum est nubibus haud parcit, sic furor præcipitat furiosum, aut temerarium temeritas, quæ vel maxime gliscit felicitate. O miles non est in eiusdem manu ignem tectis subijcere, & injecto spatium modumque statuere; quamvis in præcipiti malo temeraria interdum remedia non imperite adhibentur. ea tamen plerumque ubi

primum effudere impetum, sicut quaedam animalia amisso tor-
pent aculeo. Sed quemadmodum nec temeritas sese perfelix, ita
quod nimium imprudentia est non semper tutum puta.
Nam quod testudineo pergit gradu, aut pede aut mente
hostis plerumque assequitur proinde ut medium temeritatem
inter & tarditatem teneas; lente cogita, maturè
exequere. Nec grandi supercilio moras necte, quas
occasio volucris ac fugitiva rerum agendarum ministra
praeterlabitur. Recte occasionem flori comparavero,
quam nisi maturè decerpas si ac fructu defluit vulgatâ
florum lege. Ut qui effusissimè floreant, celerrimè
marcescant. Odit Bellona fatuos proterviae ignes, &
tardigradas non minus aversatur cochleas inertiae,
alumnos opportunitatum vespillones, grallarios &
torporis stipendiarios. Hos tibi bellonae filios
obijce & sequere. Emanuel Lusitanorum rex, cum re-
pentina maurorum irruptione Arzilentum cinger-
etur, equo conscenso intra quintam diem viginti Lusit-
anorum millia in aciem eduxit. Carolus V. quem
Aquilae alis suffultum fuisse crederes è rationario
Imperij ipse coram belli ducibus in concilio recitavit
quae à 17 aetatis anno ad eam usque diem peregisset
expeditiones, profectionesque novem in Germaniam
sex in Hispaniam, septem in Italiam, quattuor in
Galliam, decem in Belgium duas in Angliam,
totidem in Africam, mari undecies remenso additisque
eorum operum finem non alium propositum quam Re-
ligionis & Imperij tutelam. Tullius Orator pro M.

Marcello, Caesarem in eo quem mxe commendat, quod vicerit citius regiones remotissimas, quam alius peragrare potuerit. Magnum omnino Celeritatis argumentum, at nescio num Ferdinandus Toletanus Albae dux Julio quidquam gesserit, qui intra dies quadraginta totam Phillippo Hispaniarum Regi Lusitaniam armis subegit. Injuriosissimi in Franciscum quo Meursinum incensum Herorum vorem, is enimvero cum pluries tum gloriosissime Gallicam Exercitum ad Tuttlingam tanta intercepit celeritate, ut Tribunus quidam suevo Gallicus affirmarit, se tam subito irruptione oppressos ut milites Meursianas e terra prorupisse crederes. Celeritate itaque utendum in hoste praeoccupando. In re ancipiti. in sedandis motibus. Infirmandis sociis. Cunctatione vero opus in fide habenda famae. Contra feroces ac impetuosos hostes, nam acres impetus cunctatione languescunt, quae Hannibalim Fabius confecit. In faciendis a urbium deditione cunctandum mxe. In novitatibus inducendis, ut Xenophon prudenter in simili hortatur. Deus n. ipse nos paulatim deducit ex hyeme ad vehementes aestus ex aestu in hyemem.

Constantia

In Salentino juxta oppidum Manduriam lacus est ad margines plenus, qui neque exhaustij aquis minuitur neque infusi augetur (Plin: l. 2. c. 103.) id est ingenium hominis constantis, & in utramque fortunam parati. Quicunque vero prospera nimium oderatè ac imprudenter excipit ambitione instar vesicæ turgidus, vix ac ne vix quidem in adversis constat sibi minimo afflatus in fortunio, ceu Nauclerus trepidans rudentes abrumpit, velaventis dissipanda permittit, salute penitus desperata cum velis nonnihil addictis mediocri animo tempestati obviare potest,

Æquam memento rebus in arduis
servare mentem Hor. 2

Nulla calamitas sola: uti boves jugo cohærent: in diluvio ærumnarum paucis diebus mortales iis damnis & angustiis obruuntur, quibus multis in futurum annis vix expediuntur. Hinc astra culpant his prodiga, Illis paria gratiarum

Sed Sapiens his omnibus Superior via est eodem excipit animo. Fortuna 2. in hominis mores jus non habet. Sapiens pol ipse fortunam sibi fingit Plaut: Trin: Ferunt Malue suus tinctum, neque apum, nec Scopionum Aranearumque morsibus laedi potest. Ita animus quem constantia aere triplici munivit. Quisque hanc virtutem coluit Deum imitatus est, qui totus sibi praesens temporis non patitur mutationes. Sic constans animus nescit senescere, omnem labentium temporis eludens, seque ipsa major quantum durat, crescit. Tempus Flumini instar parum firma ac nutantia convellit, rapitque non item solida, quae omnem impune excipiunt impetum: sic virtus suo constantior et stabilior annorum labentium injuriae dit, escit. Justus Lipsius l. 1 de Constantia in haec verba eam definit, constantia est rectum ac immotum animi robur, non Elati externis aut fortuitis non expressi. Haec est sola illa Helena quae verum Nepenthes propinet, in quo curarum dolorumque oblivio mergitur. videbis hodieque in scutis quorumdam principum nec spe nec metu. In se conveniet, cui vere regnator animus medii tranquillus in undis, at in omnes compositos est casus. Hispanis equidem antiqua illa laus Romanorum contigisse videtur, ut sedendo, quod idem est, ac perseverando vincat. Sinamque ultra seculum ad utrumque orbis verticem perseverantibus animis sive ut arma sive religionem inferant, excurrant. Et vero quid de Columbo dicam, cuius constantia Indos detexit tanto orbis utriusque sive animam sive corpus adjuvantis emolumento: Didaci Menesii ferrea omnino fuit Constantia, is enim ut Maararum frangeret insolentiam duodeviginti annis in praesidio urbis Ceptae stetit semper lorica hamis consertâ intutus, ut ad occurrendum hosti nunquam

non promptus foret. Quin eam nunquam exuit donec instar
uestis jam sponte in scruta decideret. Harlemum nobilis Hollandiae Urbs
cum octimestrem jam obsidionem tollerasset, pari hostium vitaeque contemptu
Fridericus Albani Ducis Filius, disparato suuestu in Brabantiam
reditum adornavit, quo precepto Albanus increpuit Filij inconstantiam
in haec uerba, si locum deserere in animo esset, se quondam lecto de-
cumbentem in castra uenturum: aut (si morbo in horas in grau-
escente impediretur) auersiturum denique ab Hispania ipsius
Matrem, quae bello imposita Filij partes abeuntis expleret.
Reginaldus Polus Card: cum ab Henrico os apostata
insidias pro uniuersam pateretur Galliam quinquaginta aureorum
millibus capite eius proscripto, ipsemet sacram de more
crucem in itinere praeferebat, ut sua aulicis constantia metum
detergeret. Carolus V. in castris ad Ingolstadium immotus inter
aliquot globorum millia, nonnullis in ipso Caesaris tentorio
discerptis, hostem sustinuit, euicitque sua constantia. Al-
exandri Farnesij virtus solidissima proinde comprobata est, quum
imposito ponte Antuerpiam obsiderat. Matthias Albu-
querquius subjectum pedibus fortunam in sua pingi effigie
curauerat vir n. constantiae incredibilis, cum Ulysippone
in Indiam solueret tumultuante Oceano ad suos con-
uersus, hos inquit uel inuita Fortuna Oceanum Enauigabimus
quam magnifice dixit, tam constanter fecit. Atque hoc est
casum fortunamque pulchro prouocare duello, a quo non
humilem sors grauis, nec timidam leuis expressit uocem
unquam. Rex est profanos qui domuit metus, ruinas ille
ex ardua mentis arce aut spectat impune aut secoro fulcit
uulnere; atque ut Vates

Haud secus Hiberno tumidus cum vortice torrens
Saxa rotat, vertitque nemus, pontesque revellit:
Frangitur objectu scopuli, quaerensque meatum
Spumat, & illisâ montem circumsonat unda.

Sic regnator animus adversa excipit, sine quibus languet virtus & inertiam saginata. Nunquam virtutis molle documentum, adversa optimos quosque incurrunt ea n. non sunt mala, nisi male sustinenti. nam quos tu albae filios gallinae existimas si non qua videntur, sed qua latent spectares, busta sunt fuco ac Chrysippi gypso inducta, intus nihil habentia fronti suae simile. Quapropter ubi virum probatae virtuti cum adversâ luctantem sorte videmus: jure hunc iisdem verbis quibus optimum Impr: Trajanum Plinius excepit. Alloquaris cum omnia ubique secunda merearis, nonne manifestum est si quid adversi cadat, tuis laudibus tuisque virtutibus materiam campumque prosterni, cum secunda felices adversa magnos probent. Nunquam sane carpet rosas, cui spina timori est, nec mella hauriet metuens apes.

Absque labore nihil, venit Empta dolore voluptas.

Ne credito Vulpi.

Ne credito Vulpi.

14

Securitas

Crocodilus satur & sepore Esculeato in littore somno datus throchilum invitat ad purgandos dentes. In qua voluptate somno pressum conspicatus Ichneumon per easdem fauces ut telum aliquod immissus eradit aluum mus hic Indus (plin: l. 8. c. 5.) non aliter mala peraditum securitatis irrumpunt, quam opinio nostrarum virium fidesque alienae aequitatis conciliant Enormem. Sola providentia amicorum Actiones & hostium Consilia vigili oculo lustrat, feliciter praeoccupans & declinans prudenter pericula quaevis Proxima, cum novit Reipub: naufragium confusae, non alibi quam ad Cautes confidentiae & contemptus fieri. Facile ignem excipiunt, quae paullo ante extincta sunt, faces. nihilque in hostibus vel semivictis tuto despicitur: cum nonnunquam plus virium

addat ira, qm̄ demat plaga: Adhæc tam firmum nihil ē, cui l. ab inualido non sit periculū. Solâ minima sui paroitate tuta sunt, & facile insidiantium manus fugit quisquis in videntium oculos non allexit: Nudus expeti spoliorum causa non potest. Porro sæpe numero periculi plus ēē memineris, ubi pauoris minus sentitur. Hic Fortunæ astus est, ut licentius feriat, metum palliat. hinc ut uates

Subito casu quæ ualuêre ruunt.

Prænuntiat tumus incendium crepant ædificia antqm̄ corruant, ut subitâ ex homine pernicies, quemadmodum à visco volucribus, piscibus ab hamo. Secundis nimium ne credito rebus. Sæpe suam Fortunæ leuitas destituit victoriam, & medios secuit Lauros Contemptus hostis, sic Lacedæmones, sic parva Romuli manus, & si liceat nostri exempla ædi producere, Batavi sic sueci contemptu creuêre contemptui, quemadm̄ desperatio vires subministrat.

Regis ad Exemplum

Exemplum

Quando Illustriori loco quis stat, tanto turpior est obi peccat, ut nemo foetorem sulphuris miratur, sic nec improborum Malaciam miramur, potius si rosae aut Lilia fragrantiam odoris suavissimum deponant, aut Illustria ingenia ad vitium prolabuntur. Ecclipses solares aut Lunares omnium Astrorum maxime Conspicuae sic Magnatum vitia. Maculae in purpura & serico evidentiores sic inhonestae actiones in viro honorato. Vin piscem nosse an putrescat Caput inspice: Vin Rempub: nunc valeat Principem specta. Is commune in moribus speculum. Hic fons publicus ex quo, si infectus est, haurientes quoque Corrumpantur. Quod Israeli columna nubis de die sub noctem ignis, hac suis princeps esto subditis. Talem in Plebi Mimesim Expectes qualem in Theatro Princeps scenam agit. Umbra tum obliquatur, si curvum corpus fuerit. Columna in sublime recta umbram format itidem rectissimam sic vulgum princeps, cui non semper inique populi mores impinguntur, quemadmodum Horo-

logij Error moderatori imputatur. Princeps Gloriae Chrus cum omnes
in se Regis partes gestaret: Ego inquiebat sum via Veritas &
Vita: Tu O princeps Inspice & fac cum Exemplar atque tuis in
via sis Exemplo, Veritas in promisso, vita in proemio. Casini: Sar-
biea: ode 17 canit. Regum vultus imagine Regnorum tegitur, pan-
dite Lumina & vultum pandite Principes, Jam vultum & populi
lumina vidimus. Haec potentior eos quâ virtus aliorum acuitur.
Regis ad Exemplum totus componitur orbis. Consilia monent,
rogant Exempla viamque Regiam pes plebeus strenuè inambulat
Quod in Oppugnatione Nisae Evidens fuit, ubi miles amnis
Altitudine territus nunquam tentasset vadum, Nisi Alexander
magnus suo primus in cum bens clypeo flumen natando supe-
asset. Pari Ducis Exemplo miles Romanus inclinatam restituit
aciem, Nam Lucius Sylla Ab Archelao Mithridatis duce
Fortissimè oppugnatus ex equo confestim descendit, signoque
arrepto in medios se infert hostes Exclamans hic hic
milites mori volo, Ducem miles sequebatur tanto in hostes
assultu ut dissipatâ acie fusus fugatusque fuerit. Itidem
Alexander dum suos maxima siti laborantes animadverteret
oblatam in Galeâ aquam respuit inquiens, si solus bibero
hos moeror instigabit. Suppar Alexandro Rudolphus Imperator
qui in bello quod adversus Ottocarum Bohemiae Regem
gesserat, oblatam repudiavit siceram cum dicto, Ego Ex-
ercitui non mihi sitiebam. Discat miles pulchrum esse
sitire cum Imperatore, ut Romani mori cum Catone. Porro
nihil magis ut monet Seneca praestandum, quam ac pecorum
ritum sequamur antecedentium gregem, pergentes non quo

eundum est, sed quo itur. Atque nulla res nos majoribus malis
implicat, quam quod ad rumorem componimus optima ratio ea
quae magno assensu recepta sunt, nec ad rationem sed ad
similitudinem vivimus. Erramus si populo duce carpimus semitam
Turba argumentum pessimi est, quam consuetudo non ratio trahit
proinde non me tam sed viam insequitur, suntque primi Exitio
sequentibus, ut sibi nemo sit soli malus si in publico peccat
nam ut exemplis trahimus ita retrahimus. Jam si Romanae
Imitationis specula desideres, ea tibi ex Ausonio Objiciam
In Bruto Libertatis amorem. In Metio perfidiae mercedem.
In Torquato severitatem nimiam. In Decius Contemptum
mortis. In Fabio artem bellandi. In Catone Constantiam
in Curio sobrietatem &c.

Constans inconstantia.

Constans Inconstania.

16

Aula

Amicitia aulæ similis est musicæ Conuiuali, quæ pretio reponit susurrum cum suauitate Harmonica. Ita imago aquæ in Pelui impressa minimo impulsu ferit. Quemadmodum ea Pharmacopoeum figmenta, quæ haustu calent, usu frigent. Sic aulam inuenies promissis feruidam & fide frigidam.

Vsibus edocto si quicquam credis Amico.
Vive tibi & longe ~~maxim~~ nomina magna fugæ

Ouid. Trist. l. 3. 5

Siquidem aulæ potentia plus in fronte habet quam recessu, raro apud suos consenescit, nec minus certo interitus gratiæ expectandus quam vitæ. In lubrico versaris, si aulicus 3, ubi difficile est stare, si plures te impellant. Ad hæc gratiam est principibus domi esse, in quem odia ipsis ~~[illegible]~~ debita exponerentur. Heliogabulus Parasitis in secunda mensa, sæpe Coeream

sæpe ligneam, sæpe Eburneam aliquando fictilem exhibuit coenam,
cum tamen biberent singula fercula, & manus quasi comedissent
lauarent, Intedum fictas ciborum tabulas exhibebat
Inter quas Conuiuæ fame macerarentur: vt Aelius Lampridius
in Heliogab: En Aulicorum stipendia. Aulæ gradus vitrei +
sunt, scandes deorsum frequentius, & quod miserè cades sursum.
Aula mare est, spem ~~vetu~~ littori ut anchoram fige proximam
nam qui immodicis dat vela votis, cum gemitu quandoque ad
saxa offendit ridentibus nymphis procaium Ginæceo. O quot
recentes honoris Embryones aula turgente exenixa est
utero: montes parturiebant et en Musculus, en Urceus
exit. Crescente Luna subitis auctibus nobiles fungi pro-
siliunt, decrescente ijdem decrescunt; proinde si coelum fulmine,
sustine, si secundo ostentet, abstine: Teque vince, Fortunam
quamcunque forti cachinno decoquens. Viam Aulici æquè
periculosam quam nauigij ~~in~~ mare dixeris, quod eodem quo
prius luserat loco subinde mergitur. Nobilis scenobattes
ni caute ambulet risum cum lapsu daturus orbi. Hic
certe

per ignes

Suppositos cineri doloso.
graditur aduena. omnium rectissime Abacorum calculis
quidem Palatinos ~~compa~~ comparauit, qui pro calculatoris
Arbitrio modo obolum, modo talentum, subinde nullam valent.
Quæ adhuc de aulæ moribus deseruimus, non quauis principum
hospitantur Regiâ, non omnium in vestibulis Barbarum
Illud notatur: Exeat Aulâ qui volet Esse pius, sunt hodieque +

Augustæ domus cuius ad fores prisca fides & Pietas Excubet,
ut virtutem domi esse n̄ negaueris, cuius nobile paret famulitium.
Hic passim inscriptum spectabis: Exeat aula qui negat esse
pius. primo quidem superbis exilium rectè ab aula indicitur
nullis enim honorum gradibus contenti quiescunt, quorum ambitum
ratio non terminat. Deinde arcentur Lividi qui matre sybra
geniti odêre pares quia sibi æquantur, Inferiores ne æquentur:
Superiores quia non æquantur. Hinc Canina inter æmulos
rixa pacem ab aulis eliminat. Lividos comitentur Iracundi
qui cum fœnum in cornu gerant, omnibus sunt terrori, non
sine amoris in principem dispendio, quem in ministris verentur
subditi. Porro Veneris pulli in Scythiam relegantur, Ruos meli-
ori titulo Epicuri de grege porcis auenseas, aut si maui
morionibus. Difficile n. est juxta Philum amare simul & sapere
Auaros etiam proscriptioni subjiciuntur. nulla n. fides
properantis auari: ~~Hæc~~ Hæ nihil sincerum sinunt Harpyæ
& intactum Vulturij. Sequantur illos Gulones, ex quorum in-
geniis ceu Lacuna non nisi turbida hauseris. Blasphemi
deinceps Eliminantur, nam vix in principem pius existet,
impius in Deum, sacrilegiisque ad profidiam perjuriumque crimi-
anti numen via est. Tum vero Parasiti, histriones, mimi +
Adulatores, inutilia terræ pondera ejiciuntur, qui non
principem sed prædam sequuntur, vs mussæ mella, lupi cad-
auera &c:

Tempus Vanescit utrique.

Tempus vanescit utrique.

17

Temporis ratio

Temporis in omni negotio maxime monentum, nam nil audere ubi debeas socordiae fuerit, non prudentiae, audere ubi non debeas furoris fuerit non virtutis. Aeque damnosum & occasionem nascentem antecapere & oblatam dimittere: fruges ante maturitatem colligere & putrefactis frui: idem usus. Quibus ingenium praeceps maxime in priore peccant, quam rei bene gerendae umbram sectantes ubi aerem pro solida amplectuntur. Ducibus providentia & sagacitate claris longe alia mens qui multo tutius putant hostem morâ longa frangere, quam rei summam ex nimia praecipitantia fortunae committere. Hic periculum illic virtus Fabiana spectatur. quapropter Plato Republ. 7. Dum festino inquit omnia celeriter procurrere tardior sum. Convenit tamen militibus libido pugnandi. Duces vero prudentia consultando cunctatione saepius quam temeritate prosunt, Ita Cicero. Philippus

Hispaniarum Rex potentissimus Caroli V. Filius Temporis rationem 4
in Conciliis tantam habuit, ut sæpe numero inter suos dixerit:
Ego & tempus omnia possumus. Perinde expeditiones,
quas morosa Consultatione decrevit, Temp. felices fuisse gestat.
Hac spectat Tiberij Symbolum: Anchora Delphino piscium
Celerrimos appicta cum Epigraphe: Festina lente. Campanus
Interumnensis Gnus l. de magistratu, quattuor in Conciliis
requirit dotes. 1. animum generositate suffultum.
modum agendi non fastidiosum, non abjectum. 3. Prudentiam
longo maturam Exercitio. 4. denique temporis rationem
tum in executione, tum dilatione habendam. Certe
vs in Capillatam fronte occasionem, non temere injiciendam est
manus, ne venenatis anguinei capilli morsibus, quale gestant
proditores, forte capiatis. Ita maturis instandum rebus.
Nam post est occasio calua: Tria hominum genera Temporis
quo nihil pretiosius est, Jacturam faciunt, primi agendo
nihil, alii agendo male, tertij agendo nimium. Otiosi
terræ filij ac inutilia pondera agunt nihil, voluptuosi
male. vani nimium, qui puerorum more papiliones insectantur
muscas improbo venantur labore cum araneis, in ædificant
aeripensiles hortos, & quemadmodum musculus, sub nucis onere
velut æthnam gestare sudat, Ita maxima pars hominum
agendo nihil profutura animam denique agunt. Deum immortalem,
quot & quantos hominum stultorum labor affligit.
Hirtabus Hircanorum Rex Talpas majori sæpe numero conatu

uenabatur quam alij Reges. Bias Lydorum princeps ranas
hamo traxerat. Aesopus macedonum Rex quo Illustrior
foret laternnas conxinnabat, Domitianus muscas certis
in die horis stilo figebat. Quid aget vulgus si haec à
Regibus in aula

Nasus tuus sicut turris Libani. Cant. 7.

Providentia seu Prudentia

Quidquid tandem arguteris, magna est vis fortunae in ationes mortalium, maxime in Bellicas: neque tamen omnem errorem ei attribuimus quin potissima pars in nobis resideat. nam occaecatio & ignorantia, quae ipsius patrocinantur innocentiae, primae nobis dicam scribant. atque evincunt culpam exitij nostrum esse ipsorum. Boni itaque gubernatoris erit alterum oculorum providentiae videlicet, periculis, alterum notitiae nempe remediis intendere. Eiusdem enim vero insaniae foret, nimia negligentia sua amittere, & nimia ambitione aliena appetere. nam suum non prosequi ius exiguae est providentiae, non adipisci imbecillitatis. Coeterum tuta ne credas ingenio odiis innutrita, novo conciliata beneficio, velut dalinus itam lactis haustu vipera in sinum admittere. adeoque

quos urges, nisi æternas, à te repulsos adjunges, ex adverso stantibus. Regum Sapientissimus Salomon in Confinibus Libani montis altissimam turrim extruxit, unde velut in Specula hostium adventum Regno Israelitico infestum à longe videret, & denunciare possit. Huic inquam turri Nasum Sponsæ providentissimæ comparat: quem in vultu principis & Dacum sæpenumero desideres. quapropter Ferdinandus Bavarus Qui & Elector Coloniensis suo providentiam in Symbolo meditabatur: Erat enim Virgo Delphino insidens, cum statera in manu cum hac Epigraphe: Cognosce, Elige, matura: Hæc Virtus rerum humanarum moderatrix est, Fortunæ Arbitra, fati Domina, & casuum omnium potens, hæc quocunque aura vocat, novit vela dare, aut contrahere, sed altior periculis quibus caret, qui etiam cum tutus est præcavet. Phillippus 2. Hispanorum Rex sub diuturni & Felicissimi Regni Fine, validissimas arces, urbes, quas à Gallis ceperat, eisdem nullâ fractus clade sed pacis amore Gallo restituit. Princeps longè prudentissimus, qui Phillippum Filium ætate consilioque adhuc infirmum post se relingueret, maluit tutam illi Hæreditatem, quam Bello gallico vexatam relinquere. Nempe os solers institutor lucrosa non damnat dispendia: Ita princeps prudenti Consilio novit magna redimere parvo. Pythagoras qui totum se sapientiæ cultui impendebat. sub ænigmate & Symbolo Prudentiæ leges tradidit. quarum Prima

fuit

Fuit.

1. Stateram ne transileas. hoc ē Justitiam. Saltus hic casui & ruinæ duorum ob maxas ē. Nunc tu prudentiq declinaueris, qm curaueris.

2. Contra solem ne loquaris. Nempe contra ueritatem, qm Politicorum versutia ut canes Lunam allatrant.

3. Cor n̄ commedes: hoc ē moerorem attempera. qui ut solem nubila, rationem obfuscant, ut nescias quid optes aut quid fugias.

4. Non gustes ex Melanuris: Idem ne hoibq malæ notæ familiaris sis. Sunt n. Melanuri pisces nigrâ Caudâ.

5. Ignem gladio ne fodias: nempe impotentis animi hominē, qui extramo tactq digito fumigat.

6 Angustum annulū ne geras, hoc est noli libertatem seruitutis sordidæ vinculo digari, ut quæ velis libere sentiri, & quæ sentias loqui non uerearis.

7 Hirundines subidem ne admittas tectum, nempe Blaterones ac loquaces, qui pleni rimarum hac & illac pfluunt.

8. A Fabis Abstineto. Idē ē. à rebq supfluis, nam quemadmodū Faba capiti ita supflua rationi offundunt Grauedinem.

9. Sup Chænice n̄ sedendū. Idem de Crastino cogitandū est. a.

5 cD.

Chœnix Græcis cibꝰ diurnꝰ.

10 Vrbium Coronos ne minue. Nempe leges gbꝰ Respub: redimitz 10.

11 Publica via non incedes. Idem plebis Exemplo, nam turba semp argumentū pessimi, quæ n̄ quo eundū sed quo itz sendit. 11.

Pro millibus Unus.

Magnaminitas

Periculorum quæ difficulter euaseris jucunda narratio. Nautæ in sicco superficie læto recitant naufragio: quorum metu, millie, in mari uidebuntur mori. Sic ē nil gloriæ voluptatis in facillimis. Istæ sunt semitæ ad virtutem, & gloriam, ubi uestibulum operosum, progressus periculosus. Neque uero sēpe ingentes belli copiæ. Expetendæ n̄ magis, quam ingentia corpora magnis plerumque morbis obnoxia, carius ali solita, motuque tardiora & accipiendo vulneri latius porrecta. Coeterum prima expeditione Dux æstimatur nec magis ex inspectis, cuiusque in ortu sideribus tenorem vitæ præcinunt conjectores, quam ex Fortuna primum prodeuntur in aciem Imperatoris reliquæ cursum militiæ præsentiant hostes. Est a. Magnanimitas ut ait Arles, uirtus per quam utraque Fortunæ, decusque & ignominia fertur. Hac virtute præditus tendit ad ardua

Nec pericula appetit, ut temerarius, nec formidat ut timidus.
Cardinalis Petrus Aldobrandinus rogaret quem magni censeret
animi! qui, inquiebat, neque in secundis voluptati, nec in ad-
uersis cedit languori: nec in consilij deliberatione spem,
sed sed officium sequitur, qui denique aduersus Inuidiae Aculeos
obduruit. Aquila, ut vulgo dicitur, non captat muscas, ita
non est magnanimitatis ignauorum hominum petulantiam,
quae morsu fertur & aculeo curare. Hominum sententia
vir fortis habetur, qui alieno sanguine tanquam suo parcit
& scit homini non esse homine vtendum prodigè. At vero
quod ambitionis Canditati ex omni vitiorum genere vnflati
proemia virtutum invadunt? qui tum se magnanimo suspici
volunt, cum quodlibet sibi licere seque audereque ostentant.
Ex hac spuriâ fictae virtutis tribu machomachos prodire
videas, quibus omnis in linguâ mars calet, frigetin manibus.
Hic Conuitiorum plaustra in aduersam exonerare partem
nouêre, ut pueri Alpha & Beta in promptu habent.
Novit haec virtus parcere subjectis & debellare superbos.
Scit illa aeque Romanum esse fortia pati quam agere.
Odit imbelle canum genus, qui cum latratu valeant propetuo
ad morsum sunt Edentuli. Nescit vincere parcere qui nescit.
Leones Humiles proterunt prodas ad fortia intenti. Sic
animus generoso incoctum honesto vitae periculum ex verbulo
properam accepto aut subinde de lanâ lis est Caprina, non odit.
Atque ut vetera transeam, praesentia cum abundent. Vallius
Germanis notum nomen cum Exercitui Imperiali praeesset,

temerè ad duellum provocanti respondit, sibi vitam tam nauci petio non stare, uteam quam gloriosè servaret morti, in gloriè prodigeret. Meursius certe qui magnitudine rerum Famam antecessit, Tribuno à quo prius sclopo petebatur vitæ gratiam fecit, quo se omni vindictæ cupiditate majorem probaret. Franc: Petrarch: l. 1. de remed. Fort: narrat Stephanum Columnam, cui à nobili quodam in ipsa acie pro ludibrium objectum esset, ubinam suam qua se reciperet arcem haberet, manu ad pectus admota respondisse, hæc arx mea est. Possit quid vivida vivida virtus in Heroe, in Carolo V. inquam liquet de quo Guielm: Lenoc, arg in eius vita l. 1. meminit. Cæsare Carolo 5, post ingentes eásque plurimas tum à Turcis tum ab Hæresi reportatas victorias Romam Adeunti passim de via hisce applausum est vocibus. Percussit alius rex mille, Carolus totcentum millia. Et hic Cæsar cum rebus gerendis maxime incumberet frequenter morbum simulabat: Ita ut Solomanus ex eius obitu Fortunas ac proposita sua dimetiretur, proinde spe delusus impie dictitabat Carolum Christum potentiorem, illum n. semel mortuum semel duntaxat resurrexisse, Carolum sæpius. Putare se porro idem Cæsari quod sibi evenire, ut nunquam æger sit nisi cum penuria deficit. At enim Virtus hæc popularis etiam est, quod in quinque Lusitanis Osorius l. 12. comprobat, ii cum Scapham conscenderent in Flumine Tham probanæ aquandi causa, subito ad ostium Fluminis à Classe Barbarum intercepti fuere. Illi medios præter

uecti hostes à tribus majoribus celoribus deprehensi oppugnatique unanimi fortitudine in unam simul euadentes centum quinquaginta Barbarorum truncarunt, nauimque captam incolumes Malacham deduxerunt, ubi posterorum memoriae seruabatur. Joan. Bapt. Mastrillus eques Melitensis ad Echinadas à Turcis captus nudatus ac reuinctis post terga ~~manibus~~ manibus in suburram nauis conjectus acinacem temere ibi relictum eò adrepens mordicus capulo apprehensum euaginauit, vincula dissoluit mediam triremem conscendit nudus atque ut erat corpore vastus ac viribus praeferox acinacem vibrans tantam Turcarum stragem edidit, ut nauis victor quamuis multis, non tamen ad vitalia penetrantibus telis confixus existiterit, atque hoc statu in conspectum Joan: Austriaci ductus omnium plausu excipiebatur, uti P. Jo: Nao. l. 6. hist: c. 1. testatur. Jodocus Josephus Turrianus Comes Carniola, cum trecentis suorum quattuor Turcarum millia fudit, idem decem millia Turcarum duobus millibus ad internecionem prope deleuerat. Nota est Scanderbegi magnanima fortitudo, qui paucis suorum Myriadas Turcarum superauit & triumphauit, quod Amurathes in rabiem versus digitorum praemorsu senserat. Sic nostri aevi Heroes in censum reuocare velim, ~~[illegible]~~ profixos componerem fastos. Sit pro millibus unus Henricus Papenhemius, qui grandibus incubuit factis, nunc magnus jacet qui recidit maximus, quem sol viderat melius

mori quam nasci atq; ut Statius.

— — Deus ipse viros in pulver crescit
— alit nunc aeq; modus virtutis in iras
Ingenerat. vigor inde animis & mortis honora
Dulce sacrum.

Pyrrhus Epirotarum rex cum Parenti à Curio Dentato Rom: obsidione urgeretz Tribunis suis dixisse fertz. Nolite animos despondere, nam si Corpora nostra Romani obsident, nos Romanorum animos obsidemus. Sciant. a. Romani difficilius animos Graecorum vincere, quam Saxa Tarentinum Dirivere. Omnino generosè ut de Spartanis Seneca. Ibi Sparta muros habet, ubi muros non habet.

Simili perit omnis gloria fato

20

Fama & honor.

Oculus & fama in hoc maxime sensibiles. Ille & manum asperiorem refugit hæc linguam petulantiorem. Discant hic ingenia præcocia, qui amicos petulantiæ posthabet, Typonum regulam, ne dum hostem appetunt, ipsi ictibus pateant. Discant principes suæ solerter famæ consulere, calamitatum enim fasti nominibus principum Notantur. quapropter, cum vulgi consilia in eo versentur, quod sibi conducere existiment. Principum tamen diversa est sors quibus præcipua rerum ad famam ex æquo dirigenda est. At enim si hæc ad levissimum trepidet tactum araneæ ritu, nimis delicatus foret sensus ac mollior quamquam masculum deceat animum. Convitia, si irascere agnita videntur, spreta ~~[illegible]~~ exolescunt. Indignum generoso est animo,

unius uerbi punctiuncula pterni, quam pcorde sit honor leuiss:
imus quisqz quo leso vivere n̄ Iustineas. Punctum
honoris pluribus Mathematicum qm̄ Physicum ēē Censeo,
quod Gener & socer cruentis in Thessalia murronibus
diuidere non potuerunt. Hinc illud Arrogantiū sectū ē.
Aut solus aut Nullus, nihil pinde habentes, ensi famam,
cui honoris Genius multum debet. quin imo malunt cum
Manlio Capitolino aut Herostrato Dianae Templi incendi-
ario magnae ēē famae qm̄ bonae. O si Romano viuere
placeret more de quo Salust: Erant illi Laudis auidi, pec-
uniae liberales, gloriam ingentem diuitias honestas emeb-
ant.

Traxitqz virū fax mentis honestae

Fama qm̄ Hanibal solam in spoliis numerabat, ut apud
Silium loqr. mihi sat magna Bellandi merces gloria:
Coetera uobis vincantz. Fama Virtutis tuba perennis
laudum praecone, si posthumos ēē cupis, uiue & utere;
quanquam non tam Romani quam cuiusvis Christiani
Philosophi judicio suapte Nāa virtus gratiosa ē, nec
alienae laudis ac famae indigeat face, cui tam illustris
domi sol resplendeat, quemadmdū suo quaeqz colore
gemma placet, quin imo quod mirēre vera laus sciri
refugit ac uelut sol se sua prohibet in luce spectare
Famam saepenumero falsitatis satellitem ēē prudens
fatetz, cui jallium ex meris sartū centonibus ēē Franc:
Petrarch: censet. Nam garrulus uulgi rumor, ceu vagae

Paupertinæ tribus turba hospes ~~hospes~~ unius nequit esse tectis
quasque senuis auceps rumoris voces collegit, palam in foro
venditat falsa veris affingens: quibus si unus alterque cred-
ulus avedat, auditor manat porro pingens Fabula vulgus,
ceu parvi quæ crescunt rivulis flumina ingenti labuntur
susurro. Satis cognitum est, longum iter mendacio amicum
esse, majoraque credi de absentibus. Fama obstetricante
parturiunt montes, nascetur ridiculus, vapor ipse rumpit
folles, sic ubi majora veris mendax vulgi rumor promittit
fidem perdit. O quot ævi nostri Ulysses ~~et~~ et suæ velifi-
centur Nomini & Gloriæ, ubres & cucurbitas coemunt
ac pro libitu indeventosam emittunt famam. adeo
ut Fama potius quam armis bellum geratur, pluribusque inser-
sit non quales sit, sed dicantur, qui cum famam
habeant non tamen merentur. Sublimius quid pium
est non laudari & esse laudabilem: Quin mala etiam
vulgi opinio, si bene parta sit, delectat. O fores
usus documenti olim à Pio Pontifice maximo
lati, ut dignitatibus viri non dignitates hominibus
darentur; non tot togatæ forum simiæ occuparent.
Utque veteris ægypti delubra, sic hodie templum honoris
frequens insideret Cercopitherus. At enim sinamus pap-
ilionem hosce ad Fatuos Famæ ignes vagari. valeat quid vivida
virtus considera, hæc quamcumque se in orbem versans prædi-
sequam habet gloriam. In hanc nihil flammis, nihil senectuti.
Nihil successoribus licet. vivit post funera, ceu Phoenix
suo pulchrior ex tumulo redux. sic de Paulo Æmilio Tull. l. 2 Offic:
omni inquit Macedonum gaza potitus, nihil in domum suam intulit
præter memoriam nominis sempiternam.

præter memoriam nominis sempiternam.

Sonitu mars gaudet utroq;

21 Sonitu Mars gaudet utroque.

Opulentia

Brachia sine nervorum usu inutilia, & arma sine re numaria. Sic Memnonis Statuae nullum emisit spiritum, nisi ad solis aurei radios. Aurum militi sol ut maxime gratus, ita nerveus: hortic areas frustra a copiis quamvis instructissimis armorum plausum expectes. At enim Iniqua miles stipendia ne capiat, ut dum solvendo Imperatorem est, soleat, qui nunquam debitor extitit. Acute ut assolet Cicero, Antonium & Asseclas Antonij notat in ii Phillipp: non possunt non prodige vivere, qui nostra bona precant, cum Effundunt sua. Diu apparandum est bellum, dicere Romani, ut vincas Celerius, dixissent etiam, ut diu bellum trahas. Quod ad sonitum tinnitumque aeris ceu apes verno sole, quo lubet ducitur. Coelum multi cum Nerone Rom: Imperij bustuario, non alium opulentiae fructum esse putant, quam profusionem. Tuas Chrates Philig

Recte iis comparavit Ficubus, quae in praeruptis nascuntur
montibus, è quibus nemo mortalium fruges colligit, corvorum dun-
taxat miluorumque praedae cessuras. Ita ut plurimum luxuri-
osus princeps sua in Adulatores & Lenones effundit, qui
velut muscae magnates insequuntur unctos, sicios vero de-
stituunt. Hos Licinius Caesar mures palatinos appell-
are solitus est. Hi aerarium Romanum sub Nerone adeo corri-
osêre ut intervallo annorum quattuordecim quinquaginta
milliones aureorum in eos à Caesare prodigo effusos asserant.
Galba tamen edicto, omnes ab ipso factas donationes re-
vocavit, decima tantum parte iis qui acceperant relicta.
Nero autem aerario exhausto ad Caedes innocentium se convertit
quo pro scelera repleret inopiam, inde mors Senecae secuta
est, qui in bonis sexagies centena milia Coronatorum
Teste Lipsio numerabat. Neronis strenuus imitator fuerat
Caligula. Basilius Orientis imperator omnes à Prae-
cessore suo Michaele factas donationes irritas esse jussit.
Constantinus vero Imperator dicere solebat multo satis esse
ut publicae opes in Privatorum sint manibus quam in Prin-
cipis Fisco, sine cuiusquam Emolumento. Ne vero facilis
pro cuiusque libidine Imperantis foret opum profusio. Romani
Publicos Thesauros in grandia frusta laterum instar
redigebant facilius n. signata expenditur pecunia, Reges
Marocani in Ingentem auri pilam quam primarii templi fastigio
imponebant. Alii procul à sede regali ferreis asservant
cistis, quas Guialmus Mantuanus Dux pro Jovis magnos Diabolos
vocabat, ab aliis canes dici solitae. Quidere Numaria

Praesul Massil: Saluianus sentiat l. 1. de gub: Dei in haec verba exponit, Fabij, Fabritij Cincinnati pauperes erant, quia diuites esse nolebant, cum omnia studia, omnes conatus suos ad communia emolumenta conferrent, & crescentes Reipub: vires priuata paupertate ditarent. Itaque tunc illi pauperes magistratus opulentam Rempub: habebant, nunc a. diues potestas pauperem facit esse Rempub: Henricus Magnopolensium Dux vir manu ac aeris potens rei nummariae tam ignarus fuit, ut numerus cupreos forte ad Calculationem ab Oeconomo adhibitas accipiret. Cum dicto hos meis usibus consumo, tu alios require. Mouit Astantibus risum principis simplex cupido doctusque, inde est quid valeat nummus, ut poetam monet Ludouicus 3. Comes Tyrolis pugionem amissum reperienti ossam promisit, ut tum is panem secum ferret &c. Ita in antiquis legitur rationibus o Tempora o mores. Et vero nunquam plurimos Jo, quod Nero Infandus inclamauit agere sentiunt subiti: Hoc agamus ut nemo quisquam quicquam habeat. Quanto Sobrius Carolus noster v. relinquatur mihi meum alienum non concupisco, quod manantibus pro ora lacrimis ante conflictum olim recitauit. Memini Antiphanem Comicum Canere: sanguis hominibus & anima sunt pecuniae. Has quisquis possidere non potest, uiuus is inter mortuos deambulat. His nempe Chrisorariis nullus viuere pauper uidetur, qui ubi reginam pecuniam domi habeant: Deos ut menander ait fauentes ~~habet~~ tenent, a quibus utrinque contingunt optata. Recte Apollonius Comicus tum nempe dicis, dum quod est caput malorum, auaritiam mihi quin nominas atque uerissimum illum Horat: Imperat aut seuis collecta pecunia cuiusque Cuiuis velut sacro parcunt, & ad pueri pictis duntaxat gaudent tabellis.

Quisq; Sibi

Quisqs Sibi

Ogligarchia

Principes honestatem in Consiliis primo collocant loco, altero bonum publicum, deinde commodum suum. Sed Imperium popularem cum ordinem pervertit: privatum commodum primo: Dein bonum publicum ~~dem~~ tandem honestatem quaerens, ut videas quantum intersit aut à Principe aut à Cive regi. Ad haec misera ac omni glacie fragilior est Conditio Multitudini inservientium Ducum qui ubi semel apud plebem in Contemptum suae auctoritatis aut actionum suspicionem devenerint, actum est. nam ipso tum tempore ~~f~~ gratia valent quae profuerunt. Nihil ibi brevioris vitae quam memoria beneficiorum: Ibi scrupulus offensae libra integra proponderat amicitiae prioris: ~~ab~~ nempe arbores quaerunt ad evitandam tempestatis injuriam, coelo sereno frondes amputant, nullo

pensis aut Beneficij accepti aut prioris studij, uti ad suos Them-
istocles Atheniensis dixerat plutarcho teste &c: Quod si genium
vulgi adumbratum spectare desideres, magnum Consule Boetium
qui vulgus inquit naturam suspicatur, credulum ex opinione multa,
Ex veritate pauca judicans, &c. quae Tacit: Annal. 5 sent. c.
Fortuita ad culpam trahit, eaque tamen credit praevisa, quae
Felicitas commendavit. Plato eam commendat Rempub: ubi
quisque civium in Commune bonus est. At ubi Populus aut Pot-
entiores de populo clavum tenent non qua dirigenda esset,
sed qua dirigitur. Sequitur seque adeo se perdit suis inserviens
velut aqua quam omnem Molitor suam derivat ad molam parum
sollicitus, an sat prata biberint.

Ingeniū præcox.

Acies novaculæ pilum secat solidare mā retunditur: cum securis rotusa licet ulmos ingentes amputet. Sic ingenia ignea potius acutiis nascuntur quā rebus gravibus cum animus maturus negotiis magni momenti quæ usus fert & conficit occupetur. Cæteris datum e potius acquirere desiderata quā conservare, potius aufferre coronā quā portare: cum excellentia boni nō in acquisitione sed fruitione sita est sit quocirca cui fortuna victoriam indulsit natura autē usum negavit, utrunque in suum exitium tenuerit, vicē admodū Hannibal de quo in vulgus illud emanavit, vincere scis Hannibal, uti victoria nosis: provenit hic error ex inconsulto impetu cuius cœpta initio valida spatio languescunt. Ita Carolo ad Galliam regi

Euenit qui Neapolitanum regnum fulminis instar pruagatq vidit omnem in fumum abire gloriam, dum nimio Patrio desiderio excedit Italia in firmo parti regni statu. Nihil Sapientiae uero odiosius nimio ~~ac~~ acumine ideo inuisam pullandi araneam finxêre Poëtae cum tenues sint telae admodum tm fragiles. Quin imo ut Sapienter Petrarch: maximi quiqs errores raro ab aliis qm itidem magnis prodiêre ingeniis. Quis nesciet inquit Lipsius l. 3. Polit: Athenienses ante spartanos ingenio & acrimonia valuisse, melius tn hi suam rempub: quam illi moderabantz. primo quidem, quia uelocia eiusmodi ingenia semp movent quaedam, ut quies nunquam in solido oc, etur. Deinde quod in multiplici rationum copia ~~plen~~ plerumqs nutant, & aegre cui insistant expediunt. Deniqs quod ea sibi proponant, quae nec sunt nec erunt, mentemqs hostium à suae mentis subdilitate aestimant. Porro praecocia haec germina notabilem subinde mixturam à Morosophia patiuntz. quod praeter Artis testimonium experientia comprobat nunquid asinus Apulei, Gryllus Plutarchi, Musca Luciani, Culex Virgilij, Rana Homeri, Raphanus Martiani, praeclara fatuitatis sunt trophaea.

24

Policism

Priscis saeculis Virginibus virtus satis ampla dus, sed novissima aetate satis probae quibus bona. Ita in rebus administrandis antiquitus justum praepollebat utili: hodiegque Virtutem & justitiam utile excedit, Ita ut ambitio regnandi nunquam de jure disceptet, sed Consiliorum tantum spectet progressum. Sic saepe Justitiae occluduntur oculi quo confidentius justa perpetrentur: Eiusdem modi farinae homines Chamaeleonem imitantur cui oculos semper patulus color alius & alius ut fortuna commutat. Assentari & blandiri saepulum appellatur. videbis ex hoc podeuntes equo Graeculos tum jactantius suam obligare fidem, cum maximè violant. Composita subuerit atis inuolucro proferre uerba, colore nigrum cristare candidae

vulpinâ sub pelle ferrum, aconita sub dulcidare ambrosia, artis rudimentum est Politicæ, ac primus labor. Deum Immortalem quæ non parturiens Tartarus nostris ecclusit ævo portenta, quibus præter faciem hominis nihil admodum Humani esse loquela comprobabat. Nicolaus machiavellus portentosa hæc simia est, quem circa Histrionantes Hæretici applaudunt Athoi, politici arrident plebs aulica parasitatur. His magistris passim suadetur toto orbe damnata impietas, virtus abjecta pendet ab Ilice, cuius exuvias palliando sceleri induunt. Hi Prothei ac Vertumni vulpinantur cum vulpibus, ululant cum lupis, balantque ovibus, omnibus omnia facti, ut totum orbem Idolo molach Lucrifaciant. Sed Inspiciamus Machinatricis huius Politicæ cuniculos quibus id quod mortalibus optimum est, virtutem subruat. Spectemus gradus quibus strenuè ad alta grassantur præcipitia, Machiavellus Impietatis Patriarcha, quæ à multis privatim contra fas æquumque gesta fuêre, catenatâ quadam serie in libro de principe contra principes cudit. ac primo quidem asserit omnia à fortuna fatoque dependere. Fatum vero docet esse necessarium nexum ab astris in ~~res~~ res suas influentem. Fortunam dubium rerum casum esse cui nulla humana prudentia resisti possit. En præclaram ultimæ Impietatis ac nefandam patus Idoli Basim. hoc enim vero est, arborem stirpidus eradicare, si Deus & omnia fidei principia negantur. En Atheorum imprudentiam, quâ totum orbem infœtuare nituntur negantes, ea rerum principia, quæ & Gentilium superstitio & Hæreticorum pertinacia revellere ac labefactare non est ausa.

huc usque impudentissimi Machometis secta non cæcutiuit, ut sublatâ diuinitate coecam adoraret fortunam. nunquid Talpis solem negantibus fides danda est tutius his qui Atheis ac politicis lauernionibus credideris. citius pulex quo primum mobile impulerit pede, quam saxeum eiusmodi pectus ratione emolias! mihi certe cum pluribus videtur hanc consummatæ impietatis sectam ad ultima senescentis mundi tempora dilatam, ut quemadmodum prima à uero unius cultu Numinis defectio & pluralitatem Deorum falsorum succreuit decrescat eadem & negationem omnis Diuinitatis. At enim quam porro insanas huic fundamento substructiones molitus sit faber Politicus videamus. 2 docet Principem debere religionem quamcunque fingere in gratiam reipub: conseruandæ utilis est nempe personantum è Principe minus mendax choragus adornat

3 subditis quibuscunque legibus uiuere conceditur modo obediant. præclaro scilicet unitatis Emolumento ubi singuli in diuersa tendunt.

4 Religionem Christianam auferre fortitudinem animis, eò quod injuriorum remissionem ac tollerantiam præcipiat. quasi uero injurias publicas in dictoritè bello ulcisci prohibeatur: fallitur cæcutiens uespertilio: priuata duntaxat in vindicta Christiano interdicitur, nam ubi priuatus in priuatum sæuiret, idem foret ac si membra unius corporis inter se confligerent Manifesto totius periculo.

Ad hoc oblivionem injuriarum non admittere, est omnem de mundo amicitiam tollere, quin ut ajebat Cicero, solem ipsum.

5.to Ultimum finem Reipublicae esse eiusdem conservationem Ita l. de principe c. 10. atque adeo Humano Capiti cervicem pictae Equinam junxit, conservatio n. reipub. Ergo quid nunquam ppr Beatitudinem, eamque ut ex fide constat aeternam. tum ppr hanc societatem secundum virtutis ac Justitiae regulam recte constitutam.

6. Principi veras virtutes non esse nereas, sed fingendas. At n. qui brevi hic gypsus diffluet, nunquid Asellus Leonis pelle tectus suo se non prodet, quandoque clamore. Ita vecors hic agyrta Principem ceu simiam Catenato pallio vestit Philosophico.

7. Principem sepius contra fidem agere debere ut statum gservet; sic omnino sapienter, ut capistrum serves, equum perdideris. Hoc est nodum Gordium, quo hanc adhuc societas firma habebatur, Impio Dolonis ictu dissolvere.

8. Principem uno impetu cum effundat, Beneficia sensim instillet. cap. 8. de princ: nempe ut hominem exuat tigrinem induat. Atque hoc sunt Falces Impii Saturni quibus omnem virtutis segetem multorum in animis demessuit. Hae Larvae, quibus Bacchantes instruit moriones, qui omnes hoc sub corde clarissimum sibi occinunt Non est Deus.

Caeterum ut sua exemplis ad imitationem praecepta fulciat Impostor Macchiavellus proponit Moysen, Cyrum, Theseum, Romulum

Cæsarem, Borgiam, Seuerum denique Imperatorem. mirandum
tamen oppido Moysen in Exemplum ab homine virtutis osore
adduci. Fuit Equidem Moyses magnus in oculis DEI
hominumque, sed non aliis artibus, quam virtutis, non abitu
sed jussu principatum obtinuit. Cyrus vero initio Felix,
quia pius, ut Salianus T. 5. Ao mundi 3517. refert. Porro
tamen infelicissimus quia Idololatra. à fœmina enim Proelio
victus cæsis ducentis Persarum Millibus ipse quoque occubuit.
ut Salianus meminit Ao mundi. 3323. Theseus fabulis
potius quam rebus clarus vitiis pluribus infamis, in Scyrum
Insulam Regno ejectus deuenit, pro quoque funesto obitu teste
Plutarch: Romulus (de quo Cicero. l. 3 de officijs, cum ei
visum esset utilius solum quam cum altero regnare, fratrem
occidit, Cui parricidio Macchiauellus impie ut assolet, patro-
cinatur) à Senatu ob fastum Tyrannidemque discerptus
est teste Liuio Valerio. l. 5. c. 3. Cæsar Borgias Alex-
andri sexti Pontificis Filius Perfidia ac cædibus in-
famis, dum sæpe nimium fortunæ credulus incumberet,
subito extinctus est. Seuerus Imperator, qui Macchiauello
judice Leonis & vulpeculæ personam perclare gessit, mœ-
rore confectus obijt ut Herodianus. l. 3. in fine testatur.
atque hæc minorum post tot, quibus orbem luserant, strophas
Catastrophe fuit. In mentem hic venit Chan Tartarorum,
is cum Dephanus Battori optimus Poloniæ rex obijsset,
in Comitiis de rege creando, ipse quoque prolegatos interuenit
dixitque potentem se esse, & posse myriades Equitum educere.

et terris suis Poloniae tuendae augendaeque. Item frugalem se
esse ac Continentem sine Ciborum Deliciis sola Equina in fame
contentum. Tertio quod Relligionem concerneret, tuus inqui-
ebat Pontifex meus, Pontifex esto, Tuus Lutherus meus
Lutherus esto. Ecce Rhamnum paratum coelo terram miscere.
aut Tartarus Machisellizat aut Macchiavellus Tartarizat.
nempe haud Calculo nigro licet sit protheum agere, necesse
est regnandi caussâ ages. Eiusdem farinae homo fuerat, qui ut
Jo: De Dicastillo refert, Maderno Caesari cum de Relligione
interrogaretur, respondit se neutralem esse militareque eadem
omnibus fide. In quo tamen fides nulla, quia neutra. Illum
vero non tam luctu quam risu dignissimum, tam frequentes esse, qui
se politicorum arcanorum, regnandique scientiae sacerdotes
ferunt ut jam turba sint quasi id quod rarissimum est (nempe
scire regnare) omnino populare factum sit. Docent
hanc artem quasi noverint, qui ne in seculo quam alere
nequeunt, eam exercere nesciunt similes prorsus pueris
sibi in corrosis aliquot veterum sententiis complacentibus.
Ita hi Basilice Coronas in officina Morosophiae fingunt
& refingunt: Adeo ut libellis eiusmodi forum etiam scrut-
arium abundet. Et vero cui Heraclio Politici hi simii
non risum moveant, qui praeter hominis formam nihil ac
rationis habeant, cum ipsum quod naturali ratione patet,
Numen existere negent. Haec Orci de grege porcus, Mach-
ometas. Ao 620 Imperatore Oriens: Heraclio novus per

Arabiam amplus magistro Sergio Monacho Nestorianae Haereseos Assecla, Politico astu totum prope orientem suis involuit erroribus. nam quo lex popularior ac firmior esset, prima poena capitis ne de ea disputatio instituerentur cavit, dein eam ex omnium gentium sectis ad aliorum studia conciliana consarcinavit. Cum Judaeis Circumcisionem, & Porcinae carnis Abstinentiam, Cum Christianis Christum summum prophetam censuit, nunc spiritum nunc verbum, & Deus aa praedicans Mariam Virginem credidit, Estque Historiae Evang: non aversatio quaeque suo non discrepet ab Alcorano. Cum Sabellianis negavit Trinitatem, cum Manichaeis Bifarium in Divinis Numerum, cum Macedonio S. Spiritum Creaturam dixerat. Cum Nicolaitis multitudinem uxorum probavit, ut vero quid proprium suae afferret sectae Diem Veneris sacrum esse voluit in honorem stellae Veneris, ad cuius ortum Vex creatus est. In Cuius Forensibus ut plurimum decreta Mosys secutus est. postremo suis in poemis proposuit Coelum omnino bestiale nempe Corporis Delicias. Obijt Natus annos 40 intra sexennium prope nonnulla inficiens Asiam.

Tam stare lubricum, quam cadere miserum

Fortuna

Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant: quia miseriæ tolleranter felicitas corrumpit, utque adeo

Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis

Seneca. Thyeste

Abt has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis ex adversis secunda nascantur. vanâ elatus Fortunâ fallax inspicit speculum, quod obiectu se ipsi & formosiora & grandiora facit, dumque sibi Fortunam mancipijloco famulatum credit, subito pennas molli cera sibi conglutinatas liquescere ac diffluere cernit non siccis æolis, nempe ut Aquila testudinem in altum evehit facibus elidendam Ita suos Fortuna pullos. Ita Ludovicum Sforriam Ducem Mediolanensem, qui regnum Italiæ se fortunæ cingulo sibi jamjam devinxisse crediderat. Medicæus n. quem odio prosequebatur amissis Facultatibus Florentia exulabat.

Florentia suis machinationibus euersa Pisam amisit
Ferdinandus arragonius juratus hostis è regno neapolitano
ejectus mutatisque consiliis reditum ipsi procurauit potente
contra Carolum et Galliae regem confoederatione à se conci-
liata. Istis regulis obliquis princeps futura dimetiens
caeteros prudentiâ se inferiores despiciebat persuasus
de libero Italiae Imperio. Sed Euentus docuit Caroli
Errorem, cum ~~impio~~ impio paulo post amisso cogeretur in Germ-
aniam fugere carceribus etiam mancipatus Lugduni
in quibus decennio post finiit: usque adeo à summo declinant-
ibus facilis est prorupta ad intima quaeque casus. Quod
suo Narses malo didicit miles coeterum gloriosus in quo
vires Herculis animositus Hectoris, magnificentia
Alexandri, prudentia Pyrrhi, Scipionis fortuna
fuerat post subectos reges ac populos jussus est in Syn-
icaeo à Sophya Imperatrice telam & fusa ducere. Atque
adeo purpura quam geris mutat colorem & quemadmodum
sidera nunc micantia post nube subiecta leg-
untur. Felicitatis partem magnam crede, Felicitati parcius
fidere, atque fortunam velut tunicam magis gunnam
proba quam longam. Nautae haud equidem improprie
tempestatem fortunam vocant. Magna omnino tempe-
stas fortuna si nimia est. quae uti illa & magnis consiliis
& viribus eget. Albam hodie fortuna si togam dabit
Hanc cras alter induet luctus. sic alterna mistis gaudia
gaudia lacrimis ubi cernas, sol ipse non una reus damnatur macula

Usq; adeo sincerum sub sole gaudium non est, quod leuo non
arrodat liuor aut tædium dente. Omnis felicitas Effreno
citius labitur Affrico, momento præcipitat, uitrea est facile
frangitur, Cerea est diffluit, niue aest quam uno sol dissoluit
anhelitu: Denique aleae est, in qua vincere tam fortuitum,
quam necesse perdere. Lubecenses cum Infortunium graue Ant-
onamasticos appellant, id nuptias Qualenses vocant.
Erat Qualle Villa in qua frequentes nuptiæ celebrabantur
dumq; oes genio ac Choreis indulgerent, subito igne
tectum ex cannis stratum inflammatur nemine incendium
aduertente, ubq; adeo subitam ruinam faciens oes simul
hostis numerosentum & octuaginta fumo mole igne oppressent.

Nescit cum quo Vulpecula ludat.

26

Calliditas.

Delphinus Squammas rigidas Crocodili penetrare impotens demergitur ut ventrem spinis sui dorsi laceret, ut plin: nat: hist: l. 8. c. 25. hæc scia aalibus congenita, mortalibus usuuenit ut hostem parte debilitare aggrediantur, quæ extra impetum sunt neglectis. Nempe id agendum quod de Cæsare suet: in obeundis expeditionibus dubium cautior an prudentior. Att uero Calliditas quam perfidia excludit, ad extremum se ipsam perditum, idest nragnam veneni sui partem bibit, quod Ludouico Sortiæ euenit, atque Palatinis Ramiri Hispanorum Regis quem utpote candidi pectoris principem uersutiis sæpenumero luserunt, at non impune, is enim uice quadam adeo exarsit ut undecim nobiles in urbe Osca decollari jusserit, cum dicto nescit uulpecula cum quo ludat. Uerum enim uero cum dolus

In actionibus Politicis non admodum probetur, ea tamen in Polemicis semper valuit. Hinc Lysandri Lacedaemonis axioma est vulpinam pellem assuendam Leoninae. Imo Carboni frequens in ore fuerat se in L. Syllae animo vulpem ~~vulpe~~ magis quam Leonem timuisse, quod ut liquidum sit, sequitur dabimus. Fridericus 2 Impr. Ab Etruria in Apuliam Discessurus Samniatum, ubi Cives defectionem moliri comperit, legatos misit rogatum, ut Captivos Thesaurumque suum Tantisper in urbem actutum admitterent. petitis non sine gaudio Cives annuere; proinde ~~p~~ Fridericus arma in jumentis undique tectis, Item catenis et formam victos milites intromisit, qui corruptis in foro armis urbe potiti fuere. Dux Normannorum Huddingus Lunam Italiae Civitatem subegit, dum se mortuum simularet curaretque urbi inferri, quod funus incauti cives admisere, in forum urbis ubi e feretro surgens dux signum militibus suis ad Caedem dedit. Condalus Mausoli Cariae tyranni Dux ut Arcae scribit vafrum ad conflandam pecuniam Consilium iniuit. nam cum animadvertisset Lydos maxime Capillorum curam gerere proclamari jussit, ut detonsas Comas in usum aegis quisque adferret. Quod cum multi aegre facerent, nummis Comas suas redimere maluerunt. Cum Fridericus Imperator Mediolanum ex Extrema urgeret Anno 1600 Cives fame pressi deditionem fecerunt promissa incolumnitate uno Rebellionis Capite excepto. quo Audito Soror Civis Illius Nobilis Abbatissa Caenobii in quo SS. Trium Regum Corpora servabantur pata e cum Archiepi: Coloniensi vitam Fratris sui. At praesul

Cæsaris iram verbis placari non posse sciens astu eam en-
pugnavit, rogans Cæsarem Innocenti Abbatissæ tm̄ pr-
mitteret de suis qtm̄ ipsa exportare posset. Cæsar haud grav-
ate indulsit postulata. Illa vero fratrē in humeros sus-
cipiens evexit. redamantem adhæc Cæsarē Archiepus suæ
fidei admonuit. Ita Albert Kranz Saxon: l. 6. c. 24. Ao
1364. Imperator Carolus Phillippum austriæ hoc astu sup-
avit. Viderat Imperator se copiis longe Inferiorē hosti fore
proinde Duces, aliquot muneribus ab hoste evocavit, qui ad
Fridericum reducerē tanquam explorassent aciem cæsaris re-
ferrent tot ēē Imperatoris Copias, ut ni mature de fugâ sub-
trahant ad internecionem cæderentz. Ad quem nuncium
Continuo Phillippus retro egit Exercitum. Post ubi Prod-
itores rei gestæ poemium expeterent data ē illis adulterina
moneta, ut simile Longiarum labor similis acciperet.
Ipsa nocte D. Ursulæ Cultui Sacra arx Lewenram,
Comprimis vero Laneburgum subita hostium irruptione ad fonē
usqꝫ penetrantium occupata ē. Magnus quidam Urbis Præ-
fectus illico visis se misceat hostibus obtestans sanguini ac
cædibus parcerent, cives se caduceatore mox Imperata facturos
tanti sp morarentz, dumqꝫ is verbis cumpluribus hostes
deluderet, interea cives sumpti, armis conglobati impetum
in hostes fecere, eosqꝫ insigni strage affectos urbe ejec-
ciunt.

Ao 1314 in Pig Dnicæ Epiphan:, Rostochij ad portas eques
uenit, rogans admitterent duos currus subuehendo Commeatui
in Dabran Principi. Præfectus uigiliarum nil suspicatus, recerat,
ubi currus medio ponte constiterant, rota ex industria ad hoc
comparata subsidit, in qua fulcienda dum laboratur, ex in-
sidiis equites peditesque succedunt urbem occupantes.
Ita Trantz. l. 5 Wandal. Dux Narmannorum Hadd-
ingus Lunam Ciuitatem Italiæ coepit se uelut mortuum
inferri curans. Nam ubi forum urbis obtinuit è Feretro surgens
signum cœdis militi funus stipanti dedit. In Conflictu
Mauritium inter Saxoniæ ducem & Albertum Brunswicens
milites complures lardo scopos onerarunt in quos hostes explos-
erunt, quo factum ut multorum uestes sub loricis auensæ misero
mortis genere plurimas concremarint. Ita Chron Brunbig.
p. 1. de proelio Ao. 1559. 9 Junij. Duo l. 67. p. m. 766 per
idem quoque inquit (sub Domitiano Imperatore) coepere nonnulli
acubus ueneno tinctis, quos collibitum esset pungere, qua ex
multi ne sentientes quidem moriebantur. Carolus Dux
Durazanus cum Neapoli Joannam Cognatam obsideret,
Captiuos ex præsidio arcis ductos in frusta concidi mand-
auit, concisos, subinde dolij injici ac compingi, postuero in
tecta castelli jactari. Eo pilæ gratia tantus fœtor in
arce per carnes putridas in tectis sparsa excitabatur, ut

DD

Præsidiarij continuo vomitu usque ad deditionem urgerent, ita Chronius Brunswig: j. p. j. Haddingus Regis Gram Daniæ Filius insigni astu Dunam urbem expugnavit. Curavit plurimas hirundines capi, quarum pedibus fomites succensos alligavit, proinde aviculæ ocyus nidum sub tectis urbis repetentes ingendium ingens excitarant. Concurrentibus ocyus ad incendium civibus Haddingus in ~~mu~~ muros evasit urbeque potitus est. Ita Albert. Crantz. l. i. Dan. c. D.

Frotonis Daniæ Regis stratagemata maxime ab Albert. Crantz. celebrantur, inter quæ id etiam fuit. Cum Russorum navigia clam perforari jusserat, palumque fori ~~[illegible]~~ notabilem foramini immitti: subinde irritatos ad pugnam Russos, navesque subeuntes in alium pellexit, ubi immissis Brinatoribus palos foraminibus subduxit, ut effuse se in classem hostilem aqua penetraret præsenti omnium exitio. Sic Britannis sua objecit impedimenta quibus graves facile se in fugam postmodo verterunt. Vide plura.

27

Iustitia

Magis expediret nullas leges ferre, refrenandae semper
luxuriei, quam latis & violatis gegisse: cum singulorum peccata
in Crimen & scelus sic degenerent publicum, Ita Consilium Conjurationis
tollendae, neque celeriter puniendi non tantum utilitate caret sed pe-
riculo abundat. Inest aliquando ~~Clem~~ Clementiae crudelitas
tamessi rarius in crudelitate clementiam reperias. Neque vero e
periculo principi Famam clementiae Assecutandam Tacitus monet
hist. 2. Supplicium subinde de reis sumendum, non tamen ut ipsi
pereant, quam ut alios pereundo deterreant. Alioqui ni vindices
delicta improbitatem adjuvas. Ubi nullus vindictae metus
offensa in proclivi est. neque tamen ex usu publico fiet, novas moliri
poenas, nimia enim severitas assiduitate amittit auctoritatem
& nescio quae sapientis Romani sententia est, quo obnitendi
vitio videbis ea saepe ~~om~~ committi quae saepe vindicantur & velut

arbores quedam incisæ pullulant, Ita Regia Crudelitas, auget in-
imicorum numerum tollendo. Metus sane & terror infirma Prin-
cipatus & vincula, quæ ubi removentur, qui timere desierint
odisse incipient. Nec vero Principi Senecæ Judicio, minus
turpius multa supplicia, quam medico funera. Nec tanti est
vita, si ut tu non pereas, tam multi perdendi sunt. Cardin-
alis Petrus Aldobrandinus frequenter suo suggessit principi
medicum non illico tollere oculum, si nequeat, limpitudinem
tollere. Perinde nec Judex ubi scelus non potest aufferre,
statim sceleratum perdere debere. Quin magni Cæsaris Julij
morem sequatur Judex, qui judicibus ut medicis non nisi sent-
atis omnibus ad sectionem descendendum asserebat. Eam-
dem Senatus Romanus Plutarcho teste moram judices docuit
cum fasces magistratus Insignia alligarentur, ne ad
quem ire præcipitis nutum esset expeditæ virgæ & secures.
Thenodorus vero Phelus augustum monuit, nil prius ageret,
diceretque, quam græcum recitaret Alpha Betum. Ad hæc
ubi morbus Civilis cauterium exigit meminerit Judex,
neminem, si prudentis officio fungatur punire quia peccatum
est, sed ne peccetur. Neapoli in aula magna ad Imaginem
Justitiæ hæc leguntur: Caveant Judices, & prudenter atten-
dant ut in Caussarum processibus nil vindicet odium aut favor
usurpet. ~~timor~~ timor exulet, & proemium aut Expectatio
proemij justitiam non evertat. Sed Stateram gestent in
manibus, lances appendant æquo libramine, ut in omnibus, quæ in causis
agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis, & ferendis

pre oculis habeant solum Deum, qui sit laudabilis in saecula.
Ludovicus XII Franciae Rex si quando locum supplicijs destinatum
praeterocheretz, nudato capite aiebat. Salve Justitia per quam
regno. Quam S. Ludovicus tantopere coluit, ut quum cuidam ad
mortem contemnendo vitae gratiam fecisset, ac paullo post ad
consuetam Psalmodiam rediens in illa incidisset verba. Fac
Judicium et Justitiam in omni tempore. Statim gratiam re-
vocavit. Quod Sereniss. Maximil. Elector Bavarus imitatus est cum
mulier pro suo marito supplex eum accessisset, quaesivit quodnam
Mariti delictum foret, responsum est, Blasphemiam enormem ab
eo commissam. ad quae Elector, si in me crimen perpetratum
esset, facilis veniae locus foret: ast contra eum peccatum
est Dnm in cuius honore vindicando nequeo esse remissus. Proinde
Reus Ingolstadij capite multatus obijt. Si Justitiae monitis
parere homines animum inducerent, reconderet illa minacem
Gladij aciem & lancibus tantummodo uteretz, ad sua cuique
dispensanda: Sed vitio nostro coacta subinde mucronem
usurpat, ne contemptus majestatis vim omnem perderet.
Caeterum nisi perire volentibus irascitur. Quam diu haec mod-
eratrix curiam inhabitat, pacis fruges uberrime germinant.
Hac exulante infelix pullulat lolium, nulla legum cura,
Nulla juris reverentia, ubi viribus, non aequitate, ubi lib-
idine non ratione decernitur. Et quanquam sibi ipsi quisque
pro lege sit, nec ultra recti fines tendere oportoret: Eatm in
obliquum Generis humani deviatio notatur ut absque Salutifero
Libra signo omnis titubat Felicitas: quapropter omnes natas

Sub hoc signo ciuitates credam, quibus sua in aequilibrio consistit quies. Ad haec gladium in Repub: idem agere, quod in horto Falcem putatoris existimo haec in vepresa ac vitulamina stringitur, ~~non~~ Ille in mores sylvescentes. Hic igitur pacis Custos, scelerum vindex, criminum terror, aestuantis licentiae obex ad quem fracto impetu resorbentur crimina ab omni poene saeculorum memoria rarius severitatis justae exemplum non repperiam quam in Philippo 2 Hisp: Rege ad Carolum Filium haeredem unicum mori jussit, ne quid detrimenti Respub: caperet. Tanta Phillippo fuit ori Majestas, ut cum eques ordinis D. Jacobi, cum fama caedem secuisse ferebat, eum adiret innocentiam suam ostensurus. Phillippus solum odo respondit, Scire Deum, scire idem regem, quid ab illo esset patratum. Hac ille denunciatione perculsus ut domum revertit, brevi Cordolio extinctus regiae severitati justissimas poenas dedit. Fridericus 4 Imp: oblatam Bohemiae Coronam modeste idemque juste detrectavit asserens Ludislao amico suo viciniori jure Bohemiae regnum competere. Ita Goldast: l. 9. Comment. de Bohem: Giselbertus Lotharingiae Dux Henricum Imperatorem socerum suum ad Capessendam Galliae Coronam a praesenti Regi regno male prospectum foret, invitavit, cui Justitiae eximius cultor Henricus respondit, sibi non ~~[illegible]~~ allubescere aliena, esse superstites Regni Haeredes, quos nolet jure suo spoliare.

Vires subtrahit ipse Timor. Ovid.

Timor.

Facile veniunt in potestatem alienam, qui prae timore semel exiere de sua. Tamenim se fatetur minorem quisquis timet, Cui plus nimio trepitanti ora in portenta vertuntur. Animam agit Urbs illa, cuius vires ac spiritus paulatim ab Extremis munimentis ad intimas tanquam cordis angustias retrahuntur. Certe vilissimo cuique contra se crescit audacia si se timeri sentiat. Proinde belli Dux nihil magis timere debet, quam ne timere videatur. Adhaec cum prona timori semper in peius fides sit, Famae solerti consilio occurrendum est ne vacillantes militum animos impellat. Quoties patentem Gloriae cellam angustum facimus aut spe vana aut metu, dumque notis futura pensamus timidi deserimus, & postquam turpi nos fugâ intra testam ut Cochleae recepimus perennem desidiae

trahimus catennam. Quam Ignauiam insigni uetus est ignominia
Boleslaus 3 Polanari Rex: Is polonum. qui se in proelio
ad Haliciam contra Russos in fugam dedit pessimo militum
exemplo fugientem sequentium, ubi domum redit pelle lepor-
ina & fuso remuneratus est: qua Ignominia ad uoluntarium adactus
est suspendium ut Cromerus Hist: Polon: l. 6. refert. Hols-
atiae Comites in gentem Thietmarsiae mouentes forte in primo
agmine leporem conspexere, quem sublato clamore dum insequ-
uerentur, subsequentes hostem adesse intrepidati mox se in
fugam uerterunt, cum indigna caede commilitonum, quos hostis
exercitus oppresserat. Ita Albert. Erantz. in Saxon. l. 8.
c. 32. Ita olim leporis auspiciis expugnata Roma a Germanis
Duce Bauaro, Vide P. Brunner. Sic Carolo 8. Galliae rege in
Italia Bellante dux quidam jam penetrans urbis portas
ad obstantem cum copiis catenam uenit, quam ut rumperent
commodius spatium sibi fieri postulabant cum dicto ut retro
cederent, posteriores hanc uocem excipientes statim terga
uerterunt hostem jam jam primos urgentem adesse existim-
antes. Henricus cognomento Ferreus comes Holsatiae, dum
in Aulae Eduardi Anglorum regis ageret cum Leone inuidia
aulicorum in ipsum emissum solis hisce uerbis compescuit. Qui
esse ferox canis. Idem suum Leonis Capiti pilium imposuit &
numquis aulicorum eundem audeat repetere quaesiuit, cumque
non esset ullus accessit ille uultu in rugas coacto ac leoni
pilium rapuit. Sic Polonus in aula ~~[illegible]~~ Matthiae regis

Hungariæ Leoni ferocissimo ac famelico carnem inflicto
Colapho è faucibus rapuit cum dicto Offam dimitto Canis:
quo comperto rex cum ab aulâ dimisit cum dicto, cum qui
venalem vitam ita proterva haberet facile pro præmio
contra regem eam elocaturam. Subiit hic memoriam militis
factum qui Athenis calceos in fano Anathema suspendens
& cur hoc ageret, respondit: Dis hoc mungesto, quo ego
servatus. Superi boni! quos Eiusmodi anathemmata mars
noster sustulisset, ni pudor timiditati, refigeret thesseram.
Sed alius è timor qui adamantina quandoque obsidet
pectora, nascitur illa ex scelere, obstetricante Nemesi
corde ceu cunis excipitur ac nutritur Echinna soboles. Dion-
ysius siculus regias filias tondendæ barbæ adhibuit
jugulo timens. Pericles suæ metuit umbræ occurrere. Theod-
oricus capite piscis in mortem exsternatur. Solimanni Turcici
armatum pusionem cubilo regium intrare vetant.

Religio

Religionis patrocinium & tutella legum vera Regnorum firmamenta. quoties mota est sacra hac religionis anchora Totius fluctuavit Reipub: navis: cuius Effati ab omni antiquitate Documenta invenies. Nunquid Jeroboam Divina secutus Consilia aras deserens prorationem Status, ut aiunt, Idola adoravit adorariq; sulditij mandavit, quo eos à Templo Heros, olimitano ac Roboamo cautè alienaret, nunquid proinde cum omni posteritate & regno & vita Ultore Deo privatus est! Quid florentissimo orientis imperio à Romano Cultu Ecclesiae deficiente evenit, nunquid in Turcas translatum hodieq; sub immani gemit Tyrannide. Historiae consule & sexcenta invenies. At vero quid Religio Regni quidve legibus emolumenti ferat in Davide Regum Religiosissimo manifestum est

ut mille alios taceam. Sed ut quod Macchiavellus Idoli Poly
itici machinator ausus est Eloqui falsissimum ab Experientia
Comprobem: Scilicet à Chatholica relligione hoies imbelles fieri
actimidos, primum in Campum eorum Legionem Christianam, quae
sub M. Antoninis Stipendia fecit contra Quados & Marcomannos
sub signis habentes 975000 quos tm hostes coelo ipsis milit
antes superarunt (vide Oros: l. 7. c. 9.) Deinde Constantini
Ex relligione felicitas, post Theodosij adversus innumer
abilem Eugenij Exercitum Victoriam S. Aug: l: 5 de Civit: Dei
meminit. Pelagius Primus Castella Rex Chatholicus
Anno 717. non nisi mille sub signis numerans, viginti
hostium millia suorum nemine Desiderato cecidit ut Tol
entanus l. 4. c. 11. Quid de Carolo Martello Pipini Regis
Patre dicam? qui sigiberto teste trecenta octuaginta
millia uno deleuit poelio contra Saracenos inito, mille
& quingentis è suis desideratis, uno scilicet, pro ducentis
triginta millibus. Comes Castellae Gundisalvus Ao 924
trecentis militibus fretus vicit Almansarem Africae
Regem, quinquaginta & amplius hominum millia in
aciem edicentem, ut unus contra centum sexaginta &
plures dimicaret. His omnibus admirabilius poelium
Cui Alfonsus Archiepus Toletanus horum scriptor inter
fuit, An: 1212 in quo à Rege Alfonso sunt deleta
& occisa Saracenorum ducenta millia desideratis è nostris
tantum viginti quinque, atque ita pro uno Chatolico octo

octo millia hostium perempta. Veniamus ad propiora. Ao 1500 Moschoviae dux irrupit in fines Livoniae sub signis habens equitum Moschovitarum centum millia, Tartarorum triginta millia. Ut ipsi obviam Waltherus à Plettenburg Teutonici Ordinis magister adducens Equitum Germanorum septem millia, Livonicorum quinque. occisa ex hostibus centum millia, unus ex nostris. Nil usquam simile reperies tota antiquitate. Haec Tillmanus Bradenbachius de bello Livonico. Ferdinandus Cortesius in Indiis occidentalibus non nisi quingentos pedites & equites quindecim sub signis habens cum centum quinquaginta millibus indorum pugnans victor evasit nullo suorum desiderato, ubi unus contra quadringentos praeliabatur. Franciscus Bizarrus militibus nonnisi 60 instructus 40000 armatorum hostium profligavit. Alfonsus Alboquerius saepius cum quingentis aliquando paucioribus militibus 40000 hostium tormentis etiam Bellicis instructorum superavit. Ut Osorius l. 5 ad usque 10 profert. Odoardus vero Pacicus 71 instructus militibus adversus 57000 Arabum feliciter ~~pug~~ pugnavit Teste Osorio. l. 3. Utque adeo verae Cultores Relligionis id quod Caesar olim Pompei trophaea deridens ad Senatum scripsit. Meritissime usurpent, veni, vidi, vici Deo duce Relligionis auspiciis Religio itaque Imperii vexillum esto quod velut ignis olim Imperat,

oribus Romanorum ita nostris principibus. Ita nostris principibus
proferatur. Cardinalis Petrus Aldobrandinus negavit Princip-
em valere regendo Populo, nisi sapiat plus quam homo.
hoc est nisi in Religione vim retineat. Numinis hoc ipsum
ut doceret antiquitas Herculem & Aeneam, quorum alter
apud Graecos, alter apud Latinos fundamenta jecit imperij
sobolem fecit Deorum simul & hominum. Audi quid Cicero
ad impij Machiavelli opprobria de Natura Afferat: pietate
inquit erga Deum sublata est, necesse est fidem & hunc
generis societatem tolli, atque justitiam virtutum reginam
deleri. Proinde hodiernum status ut aiunt, Idolum verae Relig-
ioni oppositum pennas virtutum incidit, ne unquam renasc-
antur, unde fit ut Regnorum jacente Nutrice Regna quoque
intereant, authorrendis laborent convulsionibus. Haeresis
apro Calidonio ferocius monstrum, Galliam Germaniamque
pessumdedit. quapropter Synesio admonitore in Orat: de Regibus
pietas primum substernitur fulcrum & crepido, cui firmiter
insistat, simulacrum Regni. Adversus hanc veritatis col-
umnam adamantinam Imperatores Impii ducentos sexagi-
inta octos annos arietabant, quos tamen plerosque triumph-
avit mulctavitque funesta morte, nam ex quatuor Imperatoribus
duodecim morte naturali defuncti reliquis ei sublatis.
Ad hoc nemo ad posteritatem sanguinis sui imperium ex his
transmisit. Ita Bozius de jure nat: & div. Eccl. l. 6. atque

adeo quisquis adversus Deum Deique Ecclesiae ferrum exacuit, continuo in se convertit. Deus fidem Ecclesiae dedit, inexpugnabilis murus est, videt omnia falli non potest. Caussidico non eget. Propitius undecunque juvat. Iratus undecunque noret cum vult ferit, ubi vult vincit. Quid ergo Galleati lepores in Leonem fulminantem, coeci vespertilionem in aquilam omnia videntem pusillanimes navi in Atlantem tribus digitis fundamenta terrae appendentem insurgimus? Quid denique terrae Filii in Dei solium ac Thronum, qui est Ecclesia sacrilegis manibus involamus, aut potius parricidae matris jugulum petimus ferrea in nostra torquemus viscera. Quod suo Imperatores orientes exitio didicere, qui à valente primo usque ad Carolum magnum paucissimis exceptis miserabili morte obviolatam religionem defuncti sunt, ut late Tho. Bozius l. supra cit: ostendit. nullus certe ex Imperatoribus nomen magni adestus est, nisi qui magnus Ecclesiae cultor, quorum tres dumtaxat reperire est. Constantinus magnus. Theodosius M. & Carolus M. à quo ad Madernum Imperatorum Ferdinand. 3. numeramus 44 orientis Imperatores qui ob religionem quam paucis exceptis coluere. Quis pro longius imparant quam 66. Impr. tum Ethnici tum Haeretici.

30

Necessitas.

Quaelibet statio tempestatem fugientibus proportu habenda
est. Imo nullum est tectum ad vincendum potentius necessitate
vincendi. Ingens supremis deprehensa periculis, quandoque virtus est
honestum dum quaerit Exitium multumque cordis desper-
antis furor addit. timenti propriam est facile omnem con-
tumnere. necessitatemque totior necessitas triumphat.
Proinde multorum belli ducum cura est suis ut imponant necessi-
tatem pugnandi, cuius in omni re maxima vis est. Cato
Ex concione facta naves à littore in altum deduci jusserat
ut miles spem omnem in victoria nullam in fuga haberet.
Marius cum Cimbris congressurus loco aquis carente
castra posuit. Conquerentibus de siti militibus eminus
fluvium non procul à Castris hostium non praevidit inquiens
qui sitim velit restinguere, ei necesse fore ut aquam
sanguine emat. Guielmus Normanniae Dux, classem,

qua in Angliam Trajecit incendio abolevit. Nemini noua
Hispania Ferdinandus Cortesius egit. Philippus autem
Augustus Galliae Rex contra Othonem Imperatorem mouen-
tem, quo Scaldim trajecerat, abrupit. Joannes de Castro
liberata arce Diu, quum Castris Cambaiae regem quoque ex-
uere statuisset, portas aufferri jussit, praeclarissimam
inde victoriam consecutus. Huc pertinet illum Decretum Senatus
Romani, ne captiui redimerentur, ut milites intelligerent
aut vincendum sibi aut moriendum. Asturbal in Sano in-
uento quis animos addere conabatur, nam omnes quos ab hoste
interceperat exoculari, naribusque ac auribus mutilari deni
ex primis moenium suspendi jussit existimans milites
suos ne in Romanos incidere tali onere receptui ad Ex-
tremum pugnando moriturus potius quam in Captiuitatem
Concessuros. Sed spe omnino frustratus est nam milites
hac immanitate consternati sponte ad Romanos trans-
fugere. Deinde non paupertas sola sed & necessitas
artium magistra est, & uti furor arma ministrat, quod
vicarij urbis Ciues oppugnante eam Alphonso 1mo
doruerunt. nam milite acrius assultum urgente complura
apum alucaria, forte in urbem ex metu aduentantis hostis
importata in hostes deuoluebat, quibus oppugnatores, usque
adeo urgebantur ut ab assultu retroire cogerentur. Idem

Lusitanis in Expeditione Africana contra Regem Tressensem
accidit ad urbem Xcatima. Cbq armis Hungari quoqs turrias ab
arce quadam agrienti repullere, Deniqs Villingenses ad Hercu-
niam silvam Suecos alvearius quoqs a moenibus submoverunt.
Sic Annibale Auctore Rex Pluriae Eumenem fictilibus, quae
serpentibus oppleverat in Naves hostium Excussit vicit, ut Just-
inus meminit.

31

Clementia seu Comitas

Amor in Cypro Alcibiadis fulmen rumpebat Jovis: sic respon-
io mollis irati frangit iram, & quemadm̄ tumidis maris
procellae arenis molliter insepunt. Ita furor omnis ad amoris
frangitur litora. Haec principibus omnino domesticallitus esto.
qua velut magnete suorum animos ordo amiciore & validiore
abstraxerit q̄m timore, qui infidelis obsequij lictor est.
Alethes recte quidem existimavit, principem cum subditis harm-
oniam efficere: barbare vero censuit tantum mollem fore
si subditi plus ament q̄m timeant principem. Tantum enim necesse
est timeat rex quantum timeri voluit. amor amore pacificandus
est, hic salvum regem in aperto praestabit: non timor: nam diu
stare non potest quae multorum odio exercetur potentia. Natura

Ipsa iram Regis inermem, adeoque minime suum voluit, cum
sine aculeo apum principem esse voluit. Mulicke est, inquit
Romanus Sapiens: furere in ira, ferarum vero nec generos-
arum urgere projectos: transeunt Leones quae impulerunt.
Illius imperium stat molle firma, quem omnes tam suppe-
se tam se sirunt, qui imperare non regnum sed officium esse
arbitratur. Ex quo enim se princeps aliorum regimini dedit
suo se eripuit Genio & siderum ritu coelum, ille terram
lustrat, motu perpetuo. Porro Clementia Justo Lipsio est
virtus animi: poena est vindicta cum Judicio ad lenit-
atem inclinatus, qua duce Princeps ita utatur, poena,
ut malit invenisse bonos, quam metu poenae ferisse.
Prudenter proinde Romanus Orator Julium depraedicat
orat: pro L. Lig: nihil Naturam eius habere, quam
ut velit potentiam jucundius, quam ut possit conservare
quam plurimas. Haec igitur potentis Regni sunt munimina
amor obsequentium & dignitas imperantis, hoc tamen
moderamine ut ne velis nimis severus esse, nec comis
nimis. Id enim esset dignitatem perdere, hoc amorem. Estque
haec ipsa virtus, quam DEI opt: Max: amabilitas effutiss-
ime commendat. Nullum jam esset genus hominum, nisi pec-
cantibus aut olim data venia fuisset, aut nostra daretur
aetate. Facessat igitur Machiavelle crudelitas, quae Urit,
utem hanc minus salutarem principi tradidit, quasi

uerunt & delicta odisse possunt & clementer agere in Reos, tibi
aculeos suos quos in mores non in sedicio exerit, & quam polluere
uidetur disciplinam saepius ipsa lenitate commendat. Sequuntur
libentius animi quam tractantur. vix quisquam timore sit melior,
Clementiam nemo nisi omnino perditus novo scelere irritavit.
Neminem a principe tristem abire fas esse mansuetudinis olim
vox fuit, quam Ferdinandus secundus Imperator pientissimus omnibus
absoluit numeris, cuius res gestae cum sint praeoculis supervac-
aneum foret enumerare. Negant scriptores Albertus Arctis
ducem Belgii principem quo tumori bello maximo suorumque militum
importunissimis seditionibus exercitus aliquando irascitur fuisse
quod eo admirabilius, cum plerique imperantium irasci decorum
putant, quasi vero Leonum instar tum maxime timeantur
cum maxime rugiant. At quemadmodum maxima quaeque flumina
minimo labuntur strepitu: Ita principum animi, quos inter
Albertum Bavariae ducem comprimis depraedicem, qui cum
nobiles in se seditiosos ac conjurationis damnatos in
potestatem redegisset, satis habuit ~~annot~~ annullorum
gemmas, quibus conjurationis tabulas obsignaverant super
incudem frangere, Mosque comperti sceleris admonere
ac ne olim vindex reorum foret, vetuit eorum nomina
scriptoriae inferri. Franciscus Lotharingus Guisae dux, cum ad
Rothomagum in castris ageret ab Haeretico siccario ob falsae
religionis tutellam morti destinabatur, quam ubi dux sepe,

hendisset reum propria confessione, ita tm gratiam latroni
fecit, inquiens, intelligant Haeretici, qtm ab Evangelio sua
deflectat insania, qtm nos Christianae mansuetudini demum nro
discant Exemplo. Vopiscus notae fidei scriptor asserit
Aureliano Imp: hanc fuisse Tesseram. Quo major eo plac-
abilior, quod ipsum ut Theodosius manifestum faceret hanc
l. unica (si quis sanctione constituit, si quis modestiae nescius
& pudoris ignarus, improbo quoque ac petulanti dicto nomina nra
crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator
temporum nostrorum fuerit cum poene nolumus subjugare, neque
durum aliquid aut asperum sustinere, quoniam si id ex levitate
processerit contemnendum est, si ex insania commiseratione
dignissimum, si ab injuria dimittendum. Haec ille: Insignes
Clementiae Regiae Antesignanos habuit Theodosius inter quos Adri-
anus, qua die in Imper: creatus obvio hosti dixerat Evasisti
hodie, innuens indecorum, ut Spartanus inquit, regem injurias
prosequi. quin imo magni hoc animi thessera est praeveniam
si praeclivis sit, quod Saul in Davide perpendens. 1. Reg: 24
Exclamabat, & nunc scio quod certissime regnaturus sis
nempe quod ~~sibi~~ Sauli sibi fatali hosti vitae gratiam
fecerit. nunquam est excelsior principatus, quam cum se virtutum
submittit obsequio, praesertim vero clementiae, quae sola Patres
Patriae generat, qualem in paucis. Constantinum fuisse ex

Nazarij Panegyrico discas, qui in hac verba alloqr Caesarem: nihil magis timuisti quam ne timereris. Hinc Disce Romanis potentiam, quae nimio sit debilior usu, moribus conduce Salomon Regum Sapientissimum prov: c. 16. v. 15 in Hilaritate vultus Regis vita & clementia quasi imber serotinus: hunc steriles agri hiantibus precantur sulcis nempe subditi, quibus princeps omnia in omnibus, quem Deus inter mortales vivam sui imaginem ut solem intersidera sui simulacrum constituit, pateat utraque imago publicis usibus, & quamvis caecutiant inferiora nativum sapientiae lumen princeps solvere naturae jubar domi habeat. Herba cui à Scorpione nomen modice pressa suavissimi odoris est, at conscrita Scorpionem generat. Illud in subditis clementia, hoc saevitia principis operatur.

32

Voluptas.

Ætas prima post tincturam voluptatis, ægre alium colore imbibit: +
Hanc ut Romani tabem à sua amoliren[tur] urbe fanum Vulcani &
Veneris extra pomerium collocabant, eo quod ignem æque ac Venerem
abesse ab urbe desiderarent; bello gladius pace voluptas
vulnerat, quæ ut temperantia virtutum, ita vitiorum illa nutrix
est quibus Hannibal cætera invictus in Campania vincitur. atque ut
P. Jac: Balde in Maximil: canit
Voluptas sævo tot Hercas dente stravit
Ut plures cymba non exceperit umbras,
Fuit Hannibalis Hannibal illa,
Fuit Hæc Pyrrhi pyrrha potentior
Atque Camilli magna Camilla
Hæc Pompei Pompeia fuit
Major Julia Cæsare Julio

Quin & Hercules ut pro domuerit monstra quam plurima voluptati
tum victus succubuit. Monstrum illa Horrendum Ingens, malesuada Siren
Juventutis Charybdis mentium fascinatrix Circe. Nascitur haec in otio
Hybrida, nutritur in Commessationibus, regnat in popinis, dominatur
inter pocula, ipsosque victores conculcat ac triumphat populos.
Quod in Romanis olim rerum dominis liquet. Nam ubi Scipio Asi-
aticus & Manlius volso Barbaras Asiae Delicias cum triumpho
Romam invexere, adeo civium animos enervarunt, ut Romani
pristinae virtutis immemores horribilem Tiberij Tyrannidem
Belluinam Caligulae crudelitatem, Heliogaboli nequitiam
ac scelera perferre totque ac tam foedis hominum monstris servire
non recusarint, adeo ut una vice triginta Tyrannis Italia vex-
aretur, post Alboninum Longobardum. Itaque omnis Romana in
Theatris evanuit virtus, in villis Luculli emarcuit, in pis-
cinis denique Messalae suffocata interiit. Hinc Alarico Gotho,
Atulpho & Genserico Wandalis, Odoacro Herulo, Theodorico
& Totilae Visigothis aditus patuit. quod fuse Salvianus
in l. de provv: deplorat: Id Cato acuto notavit dicterio. Non
potest diu stare Civitas, in qua piscis majoris veneat quam bos
& recte Seneca convivorum vestrumque luxuriem aegre
Civitatis esse Indicia, proinde imperatores nonnulli, huic
Eluvioni obicem posuere. Tiberius epularum castigavit prod-
igalitatem. Vespasianus vero vestium. Domitianus Lecticarum ac
purpurae, alij alia. Praesertim vero mulierum pompae fibula pon-
enda est, caut veteribus nomenclationem ferre placuit, luxuriae

uexillum est, pterquam quod maritorum facultates exhaureat, quod cum in aula principum nobiles palatini formident, fit ut malint subinde sine matrimonio, nescio quam lubrice vitam agere.
Adhaec Tiberius de foeminarum luxu disserens, lepidum inquit caussa pecuniae nostrae ad externas aut hostiles gentes transferuntur. Quod de Germani verisimilius dices, quas hac in re genio Lunae non dispares sunt, quae cum à matre sibi uestem fieri desiderarent, negauit Mater uestem certam ei posse confici, quae cum modo plena sit, cras denuo decrescat mutetque formam, sed ut voluptatis tela aduersus reipublicae incolumitatem penitius inspiciamus sunt ea eiusmodi, ut non cum sensu & corpore ut Dispadis Toxicum ouidant. Bolebista magni tum animi tum nominis inter Getas dux, uineas uitesque astu pro prouincias exscidit ut legere est apud P. Brunner: Tom. j. ann: Bauaric: nempe ut voluptati radices subtraheret. At uero hoc violentum cum sit honestatis falcae poenarumque melius jugulum Medeae huius petitum fuit legibus Imperatoriis uti uidere est apud P. Consin: in Polit: uenuste omnino in hanc belluam sparbica stylum exauit, dum canit non una marti caussa, nec unius sunt arma moris: bellat adulterae ridentis è uultu voluptas, Inque Helena pocus ordet orbis: & ut Juuen:

Luxus
Saeuior incumbit, uictumque ulciscitur orbem.

Verum ipsa Experientia, quam veritas praebet, historia comprobabimus luxu omnia prope regna orbis diffluxisse proindeque sublata. Primo quidem Assyriorum Monarchia ruinam ex nimia duxit Ingluvie ac luxu praeeunte Sardanabalo Ninivita ut Justinus l. 1. & Diodorus testantur. Babylonicum vero Imperium tum Excisum refert Herodotus, cum cives una cum rege Labynito indulgerent Choreis conviviis ac voluptati: quod satis liquido ex Danielis patet vaticinio. Regnum Aethiopicum ac Aegyptiacum tum etiam prius Herodoto teste l. 2. ubi etiam cum bestiis consuevisse pium ducerent. Persae dein cum luxu penitus diffluerent ab Alexandro Magno subacti fuere, qui tot luxus libidinisque instrumenta in Castris Darii invenit, ut ipse quoque ex his contagionibus atque Graeci universi contraxerint perindeque funditus à Romanis maxime eversi, qui & ipsi ut supra insinuatum à Barbari oppressi fuere, sebellante eos hoste Domestica luxuria: utque adeo scite olim vates finxere. Marte tum primum captum, cum Veneri adhaesit à Vulcani retibus inclusus. Hannibal irretitus facie muliercula evanuit, Marcus Antonius Eleopatar, ut plurimos praeteream alios: Nimis quam decantatum est Excidium Trojae in quo ut Dares refert apud Salianum per decennium Regraecis cecidere 886 millia, è Trojanis 676 & tantis una petebatur impensis foemina. Salomon aetatis suae anno 48

Regni 28 à Saba uisitatus post anno 49 otio deditus alien-
igenas contra legem mulieres adamauit tanta uecordia, utin
Apostasiam Magiam & ultima delapsus sit, Ultra pernicie.
Ao aetatis suae 5co hostibus undique uexatus est, tandemque
Regni Dauidici miserabilis fac ta dissolutio. Difficile
simul esse amare & sapere Agesilaus dixerat, quod in Sal-
omone comprobauit Euentus. Rodericus Hispanorum rex
stuprum filiae comitis Juliani intulit, à quo in uindictam
Saraceni conuocati sunt. Ao Chu 714, qui fuso in acie per-
emptoque Roderico Hispaniam probe omnem Galliamque Narb-
onensem occuparunt, inde non ejecti usque ad annum 1492.
Quae fera quis aper Angliae regnum Haeresi tam foeda
deuastauit nisi Henrici os luxuria orbi nota. Juuat
hic P. Sarbiei lamenta ingeminare. Secula seculo libido
foedis mergit amoribus, totoque restinguendus orbis Oce-
ano: simul omnis uni peccauit igni, scilicet impiis polluta
regum limina nuptiis, spectante frustra sole possent pare diu?
Pudor heu! nefasque nascentis aeui turpis amor nihil in-
taminatum linquit & innocens naa deformis nocenti
supplicium graue pendit usu. Sed ut palmariam uesanae lib-
idinis Catastrophen agnoscas, ualentinianum adulterae
ueneris mancipium Romani imperij bustum ac ultimum exitium
lubet spectare. Hic Imperator non contentus cisterna domus
suae lectissima Coniuge Eudocia deperibat uxorem Senatoris

Maximi, quoque suae libidini indulgeret, hanc denique viam iniit
Forte cum maximo luserat, cuius annulum signatorum praeter
alia obtinuit, hunc accersendae conjugi hamum pro aulicum ob-
jecit: Esse nimirum Maximi Imperium, ut quantocyus salutando
Imperatori aulam frequentaret. Paruit illa & O Nefandae
libidinis Tyrannidem, imperatoris Fragitio succubuit, perdic-
issima mulier, quae domum redux Marito ceu Lenoni omne
quod actum esset nefas objecit. Maximus ad haec Attonitus
dein in rabiem versus mortem nefario imperatori juratus
minatur. At erat Valentiniano miles ac militiae dux ~~Celeb~~
Celeberrimus Aetius quem maximus pro Eunuchum Heraclium apud
imperatorem ut regni affectatorem deculit, Eo consilio, ut
Aetio qui columna Valentiniani ac Imperij fuit, sublato
facile reliqua in casum promoveret. nec vero fidem Imperator
Accusationi, quam nimia Aetij fortuna probaverat, abnuit
quare acutum ad se Ducem pugione confecit. Morte Aetij
divulgata in rabiem miles actus Valentinianum forte in
Campo Martio agentem obtruncavit. Maximus subinde
Defuncta conjuge duxerat Eudoxiam, pro quam ad Imperium
promotus, sed tantis conscientiae stimulis agitatus, ut Felix
Damorlis Imperium, quod unius duntaxat pandijerat, praedic-
averit. Forte dum suae blanditur Conjugi, excidisse ei se
Caussam mortis Valentiniano fuisse, ad quae Eudoxia subito
Exhorrescens statuit Talionem Maximo Pendere, proinde

Genserium Vandalorum Regem, qui tunc Africam moderabatur in Italiam Euocat, qui promptus aderat Romamque cum Eudoxia suam fecit in Frusta conciso maximo duobus ab Imperio mensibus. Recte Sidon: l. 3. Ep: 13. Magnorum Fortunam Scorpioni similem dixerat ut quae in Cauda gerat uenenum & mortem. Haldanus Suecorum Rex suae Familiae Excidium non martis sed lascivi Amoris telis subiit. Erat huic Filius Hagbertus, qui amore insano insignem Regis Daniae Filiam deperibat, ad quam ubi Foeminarum habitu penetrasset ~~ad~~ à Gynicaeo poditus ad Carceres rapiebatur Inde ad Turcam. In Sygne vero adolescentis amore uesana suo commori amasio decreuit. in quam suum quoque Gynicaeum induxit Sententiam Perinde singularum Pepla jubet ex alto alligari, quibus capita suspendendae insererent, ubi signum defuncti sponsi ex specula aduerterent. Hagbartus educitur signumque necis suae paludamentum arbori injicit, quo viso Sygne subjectis Palatio Faribus collum laqueo una cum puellis relliquis inseruit, eodemque loco arsit. Erat Hagbarto Frater Hago qui audita nece Fratris suis Exercitum, quem Forte contra Hybernos expediuerat in Danos mittit, excensione facta ad oppidum Herwich ubi praesidium decepit frondibus quas miles praeferebat in speciem Sylvae.

Nihilominus Daniæ rex contracto Exercitu aciem in
Adversos struxit. At Suecipsimo superiores congressu
Daniæ regem Trucidarunt; post vero restauratâ acie
Dani Suecos ad Internecionem deleverunt una cum Duce
utque ad eo hoc subictu omne sanguinis Suecici stemma
succisum ad foeminam unam pervenerit.

33

Rebellio.

Crescit ignorantia cuiusque confidentia ex aliorum contagione culpaeque societate fut vi efficitur. Estque seditio cum morbus ex quo nunquam certior imminet interitus, quam quum pauca remedia, eaque non tempestive adhibentur. Incendium est, quod ni sopiatur in scintilla, nequit in flammis coerceri. Sed quemadmodum fama vires acquirit eundo, aut velut globus ex summo montis jugo decurrens à nivibus inter quas voluitur involviturque augescit, ita vulgi tumultuatio, cuius ea est natura inquit Livius ut vel humiliter serviat, aut superbe dominetur. Si vero causas furiarum ejusmodi explorem sunt eae multiplices ut P. Fam: Sebell: Belg: t. j. l. 7. maximum turbarum incendium novas existimat exactiones fuisse. cum n. tributum propria cuiusque

jactura ducitur, ea qui gravius premuntur, cum re projiciunt
quoque metum, nullaque futurorum discriminum cura avertendae
praesenti tantummodo injuriae, detrimentaque ducem quaerant.
Id vero cum aliis gentibus dum maxime Belgii usitatum, quorum
plerosque ac Hollandos imprimis exemptos olim oneribus &
Collationibus inque usum praeliorum sepositos à Romanis,
velut tela atque arma legimus in eorum annalibus. nec alia
rebellandi caussa Belgarum populis quondam fuit Tiberio
principe, nisi quod ollenius regendi iis Secrij praepositus
tributum in dementius exigeret. apud quem cum nihil preces
questusque valuissent, remedium ex bello sumptum, quod
multis exinde lustris obstinatè cum Romanis Ducibus gestum
est. Id ipsum superioribus annis Neapolitanos ad orientam
impulit tumultuationem. Altera seditionum occasio
à nimia ministrorum severitate ducitur. quae Helvetos
à Domo Austriaca secedere compulit, ea, n. ministri-
orum, quos suo Idiomate (Zwinigherrn) vocabant in-
dementia ut in injuria laesam patientiam in furorem versam
* esse dicant. Similem defectionis ansam Belgis Albani
severitas praebuit: Ferebaturque cum Carolus V. rebelli-
onem Gandavensium ulterius petiisset, ab Albano qua illos
animadversione dignos existimaret: respondisse, meritam esse
Contumacem Patriam ut funditus everteretur: offensumque
*

immitti responso Caesarem Jussisse illum in turrim ascendere,
urbemque inde totam aestimare: tum interrogasse, quod pelli bus
Hispanicis ad conficiendam aeque grandem Chirotecam (hoc sonat
Gallicum Gandaui nomen) opus esset? neque albanum, quippe
Imperatoris offensionem ex vultu cognouerat quidquam addidisse
quae res facile à Gandauensibus credita, abiisque in reliquum
belgium cum odio albani propugnata est. Eadem ratio Burgil-
ensibus in Gallia nostro aeo tumultuationis fuit cum Dacis de
Espernox: administrationem in uisam haberent. Sic facile
quisquis premitur, se exuit ~~calce~~ calceo, sanguinemque elicit +
qui fortius emungit ~~nares~~ nares. Tertia eaque feralis bellorum
ciuilium tubae est haeresis, quod cum supra de haeresi in super-
eriori Germania comprobatum sit, nunc de Inferiori nempe
Belgio, qui actum sit ex P. Fam: audiamus. multo ante
anni sexagesimi sexti in Belgio excitatas contra Edictum
Caroli turbas, Nobiles aliquot Belgae, plerumque Juuenes
Genevae aliisque in orbibus aliquamdiu uersati, facile in
haereticorum fraudes inciderant: Quippe auctae dogmata
Religionis hactenus Edocti, quoad satis haberent,
ut Chatholice domi viuerent, non n. ut foris, si forte
circumuenientur, discrimen veri falsique dignoscerent.
Et sane cum hominibus pestilenti lue contactis agere deberet nemo

Cui paratum n. ee ab Antidoto remedium. Hi Hæreticorum
Disciplinæ imbuti, cum peregrinas relligiones libertatemq;
viventi sæpenumero in patria collaudarent, animaduertere
se apud attentos & cupidos illa commemorare. nec alia ee
complurium vota mercatorum, qbq eadem hæresi pridem occup-
atis, grata erat huiusmodi libertas. Cum his collato
demum Consilio agitare clam occepere plurium Exemplo, de
Exuitiendo Chatolicæ relligionis jugo, quæ sola dominari
velit. Proinde animos hæreticorum principum Germaniæ ex-
plorant, hæc autem etsi usqs ad finem anni 65 miro
silentio agitata sunt initio tm 66 promulgatis Edictis
de sacris quæsitoribq & Caroli V. placitis de Tridentini
Consilij decretis, tunc n. vero qui conjurationem molieb-
antq, nacti spem tuendæ Patriæ libertatis sparsis
incredibili celeritate per provincias libellis, populos
ad arma & defectionem sollicitabant, cuius funerei
titiones hodieq; scintillant. Atqs hæc funesti illi
sunt vapores qbq tam fœda tempestas inter subditos
& principem coalescit. Leuiora sunt Coetera,
quæ fluctq facile dissipandos eient, uti sunt, populi
inconstantia, potentiarum casus, nova edicta, seditio-
sa quædam capita, quad hydram præsenti clauæ ictu decoll-

ari ac contundi expedit. Nullum vero sedandi tumultibus præ-
sentius remedium fuisse præsentia principis sæpe compertum est.
post vero matura Correctio conjurationis, nam omne malum
nascens facile opprimitur, inveteratum fit robustius. Ne vero
in ipsa reipublicæ tranquillitate hæc pullulet seges
Augusti Cæsaris ~~[illegible]~~ sequelam opportunissimam
censemus, qui militem certa dispendiorum ~~[illegible]~~ solutione
populum annona cunctos comitante pellexit. Aurelianus
nihil sibi lætius pœne accidere perhibuit equam populum
Romanum pascere; secus Mag. Chrysostomi testim: si non parui-
sti, occidisti. alterum quo Romani principes populum
deliniebant, erant spectacula & ludi, quæ cum Christi-
anæ mansuetudini repugnent, Pontifici cum decreti
oboleti sunt, quem adm. hastiludia & decursiones Equestres
ritu antiquo cum periculo mortis exercitæ: de quibus
Zyrymus Baiazethis Turcarum Imperatoris frater, cum
eas Romæ spectaret, dixisse fertur, inter seriam pugnam
hastiludia quidem consistere, ad jocum vero nimia esse
Taurilii non minus periculo carent, ac ludi gladiatorii, unde
frequentes Rixæ inter Cives nasci solent, qua re
motus Honorius Impr: eos ut quidam volunt, plane sustulit.

ob disceptum Ecclesiasten qui contra hos ludos dixerat
e suggestu vt Joan: Marnicus in resolut: politicis refert
facessant etiam ludi veneris, quos ipsi Romani tandem
exosos habuere ac pestilentes: nam Tertulianus de se
inquit, Censores renascentia Theatra destruebant
quorum periculum ingens de lascivia providebant.

34

Facundia

Facundia sine parsimonia verborum, importuna profluentia est, & morbus haud se retinentis ingenij: Eo vero ubi suis velut Imber se rotingstillicidiis sensim ac molliter dilabitur potentius illa animis, illa terrae inserpit. ~~Mag~~ Magnum profecto Gloriae instrumentum est Eloquentia sed Anceps, & hoc qualiter, ut scias refert plurimum. Cicero eam definiens nihil aliud esse existimat, quam copiose loquentem scientiam, sonorum fulmen, florens aconitum nil hac mollius, nihil durius si properam adhibeas: si bene nihil hac potentius, nil jucundius. Si principem utraque ornatum manu velis, hac Jovis sceptrum, Illa Phoebi Plectrum teneat, Quod Julius Pontifex maximus suo com-

probauit Calculo, cum litterarum scientiam in plebeis argentum
esse dixerit, in Nobilibus aurum, in principibus vero gemmas.
Sed quemadmodum magna inter loquacium garritus hirundi-
nis, & luscinie modulos differentium comparet, tanta est
inter Oratorem & verbosum. Hinc salubre Aristotelis monitum est
ad Calistenem dicacem discipulum. ex hominis Nersiti:

Talia nave loquens haud multo tempore vives.

Quoties Theocriti sale logodaedalos perfricandi esset. qui
cum mentis habeant gothorum, flumen tamen orationis effu-
undunt. non hec amica musis suada est, de qua magnus
orator D. Chrysost: Nihil inquit tam amicum facit, ut
lingua gratitudinis studiosa. os loqui bene sciens, anima
sine fastu contemptus vanae gloriae. Cytharoedus quidam
mixitus lyram Orphei qua feras demulsit, potiebatur
utque eam pulsare tentauit, canes insitis modulis
in rabiem versi, musicum dilacerauerunt, quod pluribus
assuuenit loquaculis, qui cum facundia ceu tuba ad
Classicum utantur, & hac velut cote nigris addunt mucro-
nibus iras in sua ferrum conuertunt discera, quemadmodum
Zwinglio apud Heluetos euenit. Xitius hec loquacitas
atis Tintinabula ac pelues latranti lunae quam Reipub:
possint succurrere.

35

Hæresis

Hæresis refractarium ac pertinax malum facilius excluditur quam expellitur, nec unquam etiam bona fide mansuescit. Sunt qui Christi mandatum improbo sensu in favorem Hæreseos torqueant dicunt 1. Sinite utrique crescere usque ad messem. nempe ubi majoris detrimenti periculum imminet, recte tolleratur, in unquam juste admittitur. Sic Assertor noster Zirunia non amore sui sed tutici crescere permisit. At vero ubi sine frugum damno eradicari poterit tribulus evellatur, & quidem ei Nam D. Hieronym: teste Ep: 47 ad Teophilum papam, hæreses lenitate vix corrigi possunt, neque hos inter cardinos unquam felicitas Reipublicæ germinare visa est, quod suo Germania damno hodiegus presentiscit, ubi Ecking hic subintrat +

lepusculi antrum, quamvis aculeos introrsum teneat fallax
amicitiae simulator, sua tandem tela exeris, fugatque
hospitem. Aegrius Eijcitur quam non admittitur hospes. Sic
seditiosus nec ad interim quidem, quod in saecula producitur
non absque Romanae Ecclesiae luctu & pacis Germaniae de-
liquio. Ut proinde Erasmus Friderico Saxoniae Duci quaer-
enti, quum omnium in Lutherum odia concitaverit, respond-
erit, id unum quod papae coronam, Mitras Episcopis detrahere
ollam denique omnibus Ecclesiasticis evertere conaretur. Ista
Flor: Raemund: p. 2 de orig: haeres: Acu rem tetigit, quin
ipsius nefarij Apostatae Lutheri testimonio comprobatur
in postilla super Evang: Dominicae j. adventus. Mundus
Inquit in dies fit deterior, sunt nunc homines magis
vindictae cupidi magis avari, magis ab omni miseri-
cordia remoti, magis immodesti & indisciplinati
multoque deteriores quam fuerint in papatu. Porro
adjunxisset, multo Efferatiores, crudeliores multa
quam in SS. gremio Ecclesiae, post quam enim cucullatus hic
Cadmus vipereos Cerberi dentes in Florentissimum
Germaniae agrum disseminavit, continuo armatae in
mutuas caedes succrevêre acies, ac primo quidem
Rusticanae plebis, quorum sanguine tum Pigae novae

Haereses

Idolo litatum fuit, ut in agris Rheno adiacentibus, centum rusticorum
millia ceciderint. porro quot miserorum millia vindice Caroli
v gladio Fusa? quot aliorum principum jure an injuria Factae
Caedes? quae regio suorum non Erubuit Cruore? aetate nra
nunquam Palatinus inter Titanas Enolados Bohemiam
relligionis innovatae titulo concussit seqs incautum ruinae
involuit, cuius fragmenta per Germaniam magno Impetu
Excussa in praesens afflixere qm plurimos. Quid de
Calvino sanguinario popa impiae Haereseos Patri-
archa dicam. Hic Feralis Galliae Cometes omnes e
Tartaro Furias evocasse visus e. nam, ut ex ungue
Saevum agnoscas Leonem, intra unius anni M.D.LXII
spatium Deo sacratorum hominum quadraginta duo millia
ferro, flamma omnique crudelitatis Genere a Calvinianis
extincta fuere. Et quis tm crudeles patiatur spinas
impune crescere, sementem omnem suffocare, qbus nunquam
bene est nisi male sit qm plurimis. Illicet & hos tum
admittas in sinum Echinos, & viperiam propaginem, qui
Ex patre diabolo sunt; Qui fuit homicida ab initio
& in veritate non stetit. Jo: 2. Hic primus Apostatarum
coelo bellum intulit at suo exitio. 2dus Cain
tum Caini posteritas diluvio mulctata est. 3. Zoroastre Daemonum
Cultor

1200.

quem tota Gentilitas secuta est. 4tus. post Christum natum Simon Magus 1° Saeculo. 2°. montanus. 3 haec: Novatianus 4°. Donatus Africus, Macedonius. 5° Nestorius & Pelagius ac Eutyches. 6°. Anthimus 7°. Cyrus Alexandrinus. 8 Iconomachi. 9 Photius 10. vacabat. 11. Berengarius. 12. Waldenses 13 Albingenses. & Graeci Schismatici. 14 Beguardi & Beguinae. 15 Jo: Wicleff. 16. Mart: Lutherus. Ulric: Zwinglius & Calvinus. Inter has orientis Haereseos tenebras Ecclesia Romana pulchra erat ut luna, quae in persecutione rubricunda extitit ut aurora consurgens. At obsecro specta quam belle hi lauerniones se cum magistro Diabolo in Angelos lucis transformant. omnes Sancta obsendunt volumina Jactantque id quod Satanas: scriptum est, enim sed quandam D. Greg: Nanz: Orat: in S. Jo: Baptistam diabolus scripturarum est latro, ita assecla eius: & sicut Damasceno teste l. 3. orthod: fidei. c. 7. Diabulus citat scripturas non in veritate sed ad honores decipiendos. Ita satellites eius haeretici. & quae Irenaei l. 5. in haeres: verba sunt, meum autem abscondit Diabolus per scripturas, quas faciunt omnes haeretici. faciunt Deus haeretici.

36

Lex

Leges antequam ferantur expendendae, ubi latae fuerint tollerandae: nam nulla alia magis re labefactatur status Civitatis, quam crebra legum mutatione. majus famae periculum fugit princeps si manere velit legem, cui multitudo non pareat quam si eadem ad usum accomodata populos in obsequio contineat. Prius tamen sapientis erit abstinere a legibus quam injuriam ulcisci non possit. mens enim est lictor legum, amor nutrix. Magnum illum Ecclesiae lumen Cyprianus decadem malorum enumerat, quibus vita civilis & Christiana ruat. 1. est sapiens sine opere. 2. Vetus fides sine cultu. 3 Juvenis sine educatione. 4 Dives sine liberalitate. 5 pauper in superbia. 6. mulier sine pudicitia. 7. Christianus litigiosus

8. religiosus desidiosus 9. rex injustus 10. plebs sine disciplina seu lege, qua seu dolo seu neglectu sublata respublica dissolvet, uti arena sine calce, cui coagmentari deberet. Duo in Republica aiebat Democritus esse numina, sine quibus civilis dirimitur societas, proemium & poenam legum custodes. non n. magis vitium supplicio quam virtus proemio in bene instituta republica potest vacare. Tacitus 4to annalium, corruptissima inquit repub: plurimae leges de quibus cato forum myricibus sterni dicebat. Porro cavendum legislatori ne telis aranearum similes ferat leges quibus debiliores duntaxat obnoxii sint, Corvis impune avolantibus, quos tamen frustra leges praetereunt cum non absoluat Conscientia

Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Deinde principibus id quod Claudianus Paneg. 7. in Honorio venustissime commendat obvenesset.

In commune jubes si quid censesque tenendum
Primus jussa subi. Tunc observantio aequi
Fit populus, nec ferre negat, cum quum viderit ipse
Auctorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum. nec sic inflectere sensus

Humanos Edicta ualent, ut vita regentis.
Quod Trajanus perpendens Sacramento se legibus obstrinxit.
Nos inquit Imperator SS: Fin: in gbus Mad: Tess: infer:
legibus quidem soluti sumus, sed tamen legibus vivimus.

37

Princeps.

Haec principum Philosophia Consiliorum secretarium
ari Naturae abditis apud otiosos relicti D. Hieron-
ymus meminit regum inaugurationem olim sub
arbore frondosa & pomifera fieri solita, ut ex arboris
umbra frugumque copia protectio cum liberalitate
in subditos exercenda regi indicaretur. utque adeo
Joan: 2 Lusitaniae rex Pelicanum se vulneratum cum
Epigraphe: pro lege & pro grege in tessaram animi sui prud-
entissime assumpserit. Atque hi vere Patres Patriae &
orbis sunt delicia, quemadmodum Hadrianus Imperator, qui
Spartiato teste. Ita se rempub: gestum recepit, ut agno-
scat populi rem esse, non propriam. Princeps est velut fons publicus

Suorum utilitati ac usuum fluens, qui si forte venenum putrescat, haurientes inde corrumpuntur exemplo plane pessimo perinde maleficorum reos supplicio eos dicam Consiliarios, qui Machiavelliano ~~Co~~ Communem eiuscemodi fontem toxico inficiunt. vis nosse piscis ne sit putridus, Caput Inspice. Tanti ergo refert quale caput simulacro Reipub: imponatur. ne quemadmodum Caligula ineptus Divinitatis Affectator Olympici Jovis statuae suum optavit Caput Excusso priore, monstrum emergat. Quod ne Priaenei in Ducis Electione accidere, has a Biante Philosophorum leges acceperunt. 1.o ne minor natu 40 annis Eligatur. 2.do ut omnium suffragiis bonus probetur. 3.tio ut decem ad minimum annis militiae egerit. 4.to sit graecorum litteris pube instructus. 5. ne crudelitatis sit notariae. 6. leges antiquas violare nefas censeat. 7. Religiosus Deorum Cultor esto. 9. Ditione ad majoribus relicta contentus esto. quid adhoc praecepta institutionis Machiavellus in gremio Sanctae matris Ecclesiae enutritus? unde sua hausit toxica, nisi furiarum lacte pastas, qui ad tenuem virtutis Genuinae Splendorem vespertilionum more indignatur, oditque. Sed relicta stoae Superstitiosae Antiquitatis & politicorum postibulis, fontem illinis

Sapientiæ ac morum magistrum omnino sincerum eumque
Regum consulamque, nempe Davidem qui Salamoni filio
regnum ceu connubium initurus Epitalamium formam regn-
andi explicans concinnavit. ac primo quidem speciosum
forma præ filiis hominum principem commendat,
non alia formositate quam virtutis, quam morum clarit-
ate, quam prudentia &c. Equidem cum speculum relig-
uorum sit princeps, sine labe splendeat necesse est.
Subjungit porro D. Vates, Diffusa est gratia in labiis
tuis, quâ serenitatem toto principis vultu promic-
antem deprædicat, ut alibi ~~sp~~ Ps: 88 desiderat.
Throno eius sicut sol, qui totum terrarum orbem suo re-
ficit ortu fovetque: Ita principem Comitas commendat
& munificentia. at vero ut optimates eundem revere-
antur & infimi ne terreantur, habeat hilaritatem sever-
am & severitatem hilarem. ad hæc magnus Pareas
filio regi accingere inquit gladio tuo super femur tuum
potentissime, ut se suosque ab iniquiorum invasoribus
tueatur, vindicetque. Denique adhortatur, specie tua &
pulchritudine tua intende fortiter, procede prospere
regna feliciter, quæ singulari obventura pollicetur.

si veritatem si mansuetudinem, si denique justitiam ~~pro~~ legias
prorsus virtutes animo suo inseruerit. Atque haec prae-
cepta olim Carolo V. Imperatori maximo, Felicissimo in-
stillata fuere à Thoma Villanauo, viro non minoris
Sanctitatis quam Doctrinae famâ celeberrimo. Apollonius
Thianeus Ephesi à Sacrificulis rogatus, quid in terris
quas peragrauit plurimas maximopere miraretur, hoc
subjecit: plerumque pacifico imperari à turbulento,
humili à superbo, animoso à vecorde, prudenti ab Impe-
rito. qui des è Politicorum Schola togatae velut
simile prosiliunt, hi sunt ~~pur~~ purpurati scorpiones
hodieque ex Machiauelli cauea in tribunalia repentes
Lubet hic antiquorum Germaniae populorum sensum explo-
rare. in Wisigothorum legibus. l. 1. tt 2. c. 6. haec
leges. sicut modestia principum, temperantia est legum.
Ita concordia ciuium, victoria est hostium. Ex mansuet-
udine enim principum oboritur dispositio legum, ex
dispositione legum, ex dispositione legum, institutio
morum concordia ciuium, triumphus hostium: sicque bonus
Princeps interna regens & externa conquirens, Jus
suum possidet, & alienam litem abrumpit, celebratur & in

hostibus victor. Abiectus servit, qui sibi quod ipse
est nescit subdere, tot Dominis tibi quot mentis
Effrenas libidines. Vidi Alexandrum magnum in
scuto frenantem Bucephalum cum hac Epigraphe.
Rexeris si rexeris. Frustra proterviis frenacinibus
injicimus si nulla propria lupata proterviae optamus.
quae n̄ unum Phaethontem curru solis & regni ex-
cessere. ut Fasti Romanorum Imperat: testantur. Qui-
cunque dat sibi jura, eadem regendo jure dabit
orbi, Facilegque sociata regni membra componet
qui suo vicina primum moderatio ē pectoris. Atque ut
stagnum Supernarum rerum ludit imaginem, solisque ac
siderum refert simulacra. Id quoque vulgus agit suo
intendens principi tot virtutibus quot Phoebus
radiis Coronato. Itaque cum princeps tanquam in clar-
issima luce obversetur; nullum ut ait Cicero Off. 2.
obscurum potest aut dictum principis ēē vel factum.
Libellum Xenophontis de laudibus Agesilai Regis
Lacedaemonum tanti facit Cicero ut uno eo facile omnes
hominum Imagines ac statuas superatas confirmare
ausit. In eo Xenophon Agesilaum suum Regi Persarum

multis anteponit argumentis, quae 3bus fere capitibus continentur. 1.° in facili aditu seu ut hodie loquuntur audientia. 2.do in sedula negotiorum confectione. 3.tio in modesto deliciarum usu.

738.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

130

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

140

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

141

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

142.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

143.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

144.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

145

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

746

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

148

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

150

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

151

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

192.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

(De fœminis per Jocum carmen)

Fœmina fallere, falsaq; dicere quando cavebit,
Sequana piscibus, et mare fluctibus ante carebit.

Aliud.

Fœminei sexûs hæc sunt insignia, flere,
Fallere, mentiri, nere, tacere nihil.

In Thyrsite Ulisses latescit.

Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

Sæpè etm̃ latitat sub parvo cespide magnus.

Hiette dich biß wirzig
die welt ist spirzig.

Agna solet Jovi bove deficiente placere.

Verlaß die welt stirb alle tag
bey gsundem leib dein Heil erlag.

Je weniger gsarz ie ~~[illegible]~~ besser recht

Cui nasci gtigit mori restat.

1574.

WoLfgangVs BraVnMILLer Integræ teCLæ
AnCILLæ sponsVs faCIet nuptIas IpsIs sVperIs
faVentIbVs anno In hIs eXpresso.

Aliud.

QVoD bene fIat, teCLa Mea sponsa est. 1656.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

156

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

157

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

158

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

159

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

160

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

162

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

164

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

165

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

166

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

167

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

168

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

169

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

170

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

171

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

172

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

173

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

174

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

175

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

176

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

VI + 176 S. 18,9 × 14,5 cm.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg